Hic modo post ea, sit deus absque dea. Et hinc quidam heretici dicti sunt pharisei qui divisi incepta a traditionibus et observationibus legis quas ipsi devoverunt scilicet vocant iustitie preferunt. Unde et divisi vocantur a populo quia iustitiam dei vel quia decalogum legis in membranulis scribebant et complicatos et ligatos in sua fronte gestabant ut religiosi videantur. Et in phariseo id est diviso dicti sunt. Item fares quod tamen ea/ et quod afferesis sive q- a capite divisio, id est subtractio littere vel sillabe in principio a nominali compositionis. Si vero fiat in medio dicitur sincopa. Si vero in fine dicitur apocopa. Si autem fiat additio littere vel sillabe in principio dictionis dicitur prothesis. Si in medio dicitur epentesis. Si in fine dicitur epitetasis vel paragoge. Causas istorum nominum in sequentibus invenies. Unde quidam: prothesis apponit capiti/ afferesis quod recindit. Sincopa de medio tollit quod epentesis auget. Aufert apocopa finem quem dat paragoge. Et ab afferesis dicitur afferesatus a um et afferesio, as, afferesim facere.

Fasmos grece apertio interpretatur latine unde hoc fasma, me et quandoque fasma atis id est apertio sive vana et incerta ut in nocte. Et hinc quoque fabula Menandri dicta est fasma a quadam apertione. Dicitur enim ibi quod quidam iuvenis videns quasdam virgines in secreto tradidit eam [illegible] / et inde intitulata est fabula id est fasma. Unde Terentius in prologo Eunuchi. Item a fasmos grece fantasma atis et hec fantasia e, id est quod fantasma fasma / sed fasma per e dubia / fantasma vel fantasia quidam dicunt fantasia est de cognitis species in animo figurata / sed fantasma de incognitis / et hinc tractum est ut fallacia in argumentationibus dicatur fantasia cum aliud appareat quam

fantasia
fantasma

sit. Unde fantasticus a um quod sit apparens vel quod pertinet ad fantasma vel quod in se continet fantasiam. Unde et cellula que est in anteriori parte capitis in qua est vis intelligendi dicitur fantastica quia in ea homo fantasiatur et ymaginatione comprehensa intellectu percipit. Item fasma componitur cum epi quod est supra vel theos quod est deus et dicitur epiphania vel theofania pro eodem festo quasi epifasmia vel quasi theofasmia id est superna apparitio vel divina apparitio / tali enim die similibus miraculis divina et superna potentia claruit / tali enim die aqua vinum factum est / stella magos duxit ad presepium / Christus a Iohanne baptizatus est / spiritus sanctus in specie columbe visus est / vox patris intonans audita est / vel dicitur epifania vel theofania ab epi et theos et phone quod est sonus quasi epifonia vel theofonia id est supernus vel divinus sonus quia eo die vox patris intonuit de celo: hic est filius meus dilectus in quo michi complacui, ipsum audite. Hic et fasis sis vel fidis quedam insula grecie unde hic fasianus ni quia inde primo asportatus est et e[t] testatur illa versus distinctio: Argiva primo fuit asportata carina. Ante nichil notum vel nisi fasis erat. Vel fasianus dicitur fagianus a fagin quod est comedere quia eius caro sua vis est ad comedendum. Hic fastus tus tui id est superbia. Unde fastuosus a um id est superbus. Hinc metrice: Sic ergo fastuosa [illegible] elatione effugiam / et componitur. Unde fastuose -sius -sime adverbium et hec fastuositas atis id est superbia elatio. Item a fastus hoc fastigium quod [illegible] altitudo et inde hoc fastigiolum li diminutivum et fastigio as id est exaltare sublimare. Unde fastigiatus a um id est altus et elatus

et componitur. Unde Sidonius ponens superlatiuum ait: Ad arcem fastigatissime felicitatis euectum. Et non per sincopam inuenitur fastigatus. Item a fastus fastidio, dis, id est horrere, spernere, contempnere, tedere. Unde valia (?) et hoc fastidium, idest superbia vel tedium. Unde fastidiosus, a, um, id est superbus vel tediosus, et componitur. Unde fastidiositas, atis. Fastidio actiuum cum omnibus suis compositis. Si qua habet quidam hoc dicunt fastidio est prime coniugationis et hic fastus et cetera.

Fase interpretatur transitus. Unde hic faselus, li, id est parua nauis et habilis ad transeundum huc et illuc. Faselus etiam dicitur quedam insula grecie. Unde hic faselus, li, quoddam genus leguminis, quia in illa insula plurimum habundat vel inde primo allatum est. Et hic faseolus, li, idem. Et hoc faselarium, rii, id est herba faseli vel locus ubi habundat. Item a fase hoc pascha,

fa.

che, quod interpretatur transitus. Quia pascha tunc enim dominus noster de morte transiuit ad vitam, de mundo ad patrem. Pascha etiam fuit cum iudei egyptum exeuntes mare rubrum transierunt et post transitum letitie canticum cantauerunt et pascha tunc primo celebratum est. Unde hic et hec paschalis et hoc le

pascalis

et pascho, as: pascha celebrare. Et nota quod pascha irregulariter declinatur vel secundum generis vel secundum declinationem. Cum enim sit prime declinationis in a desinens non debet esse neutri generis. Item cum sit neutri generis non debet esse prime declinationis cum desinit in a. Ideo dicit irregulariter declinari. Hoc pascha, atis vel hec pascha, che, secundum modo cum regulam declinatur et hoc pascha, che, vel forte ebrea et dicitur (?).

Fateor, eris, fassus sum, id est manifestare, quasi teneor fari. Fateri coactionis est et voluntatis. Fatemur enim coacti, sed confitemur et manifestamus voluntarii, prodimus precio vel aliqua utilitate sperata inducti. Item fatemur mala, manifestamus bona, prodimus quesita. Sed hec distinctio raro corrumpitur et utimur ipsis vocibus indifferenter. Fateor componitur confiteor, eris, confessus sum. Unde confessor et confessio, onis. Diffiteor, eris, diffessus sum, quasi diuisa et alia fateri, id est negare. Infitior, eris, similiter negare, quasi non fateri.

Fatemur

Profiteor, eris, professus sum, quasi procul ab intentione fateri, idest aliud in corde habere et aliud ore fateri, vel profiteri primo fateri vel pro aliquo fateri, vel profiteri, id est reddere et soluere debitum, quia enim soluit debitum alicui quod profitetur. Unde Salustius Catilinario: Item necessarie (?) profiteri ipsa legitimos dies. Hinc Lucas in secundo: et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Et in eodem Luca: Ascendit autem et Joseph in Iudeam ciuitatem Dauid que vocatur Bethleem ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore pregnante. Unde professa, quasi profitens tacita, vel potius declaratur a professor, oris vel a fone (?) sed dicitur. Et hic professor et hec professio, idest scientia, sed non quelibet, immo illa dicitur proprie professio alicuius in qua ille a se et ab aliis creditur excellere. Unde professor alicuius artis dicitur qui pre ceteris profitetur se eam scire et alii hoc ipsum profitentur. Vel professio est studendi alicuius vite vel scientie quedam singularis electio. In uno sensu dicitur professio alicuius secta vel disciplina quam profitetur, siue in ea excellat siue non. Secundum quod dicitur iste est christiane professionis. Unde angelus omnis professionis est christiane cum Iuliane (?). Item componitur fateor, refiteor, eris, fessus sum, id est iterum fateri vel retro fateri et negare. Confiteor et composita ab eo omnia sunt deponencia et faciunt supinum in sum.

profiteor

Item omnia composita ab eo mutant a in i simul in voc(abulo) in y et in supino et in preterito in e Lacio .i. blandiri et componitur cum ad et assatim .i. valde blandiri vel assidue et cum iste sto et satisfo de quo prepleri habetur et cum ago et dicitur fatigo .i. satim agere et magis hoc est hoc comp(ositum) et cetera cum suis compositis

Faveo ves avi autum .i. suffragari ampliari assentire favorem dare et sepe in malo unde hic fautor oris .i. consensor in malo et hec fautrix .i. consensa in malo sicut amicus consensus in bono quod enim est amicus inter bonos idem est fautor inter malos unde Salustius in Jugurtino Quos eadem cupere eadem metuere eadem odisse eadem diligere cogit in unum hec inter bonos amicitia est inter malos factio unde factiosus a um .i. consocius in malo In tali sensu invenitur in Salustio factio et factiosus et tamen in eo factio et factiosus per c deberet inveniri hec ubique inveniuntur in eo scripta predicta nomina per t hec sine dubio abradenda per t Item a faveo hic favor oris .i. auxilium unde favorosus a um .i. favore plenus idem et fautorius a um a fautore et hic et hec favorabilis et hoc le et favorabiliter adverbium et hic faventor oris .i. piscator qui semper rogat et favet ut sibi bene eveniat et fanditur a um dicitur qui vaticinat certa faciunt et componitur a faveo et dico vel dictum quia dive dictis favet et hic favonius nii levis ventus qui et zephirus dicitur et hoc quia eius favore flores producuntur et terra germinat unde

Quidam ut quasi sub adventu spirante leve favonii unde favonius a um et hic favonius nii .i. leve odium quod alto brigit et cadit ad modum producti venti favonii ut olim dicebant spiritum tum ex patre victo et matre viduo sint geniti et hic eo quia quedam animalia favonii spiritu hausto concipere existimant et favonius a um .i. levis et imponderosus unde plantus cum vult vilire pandit saltum favonii Item a faveo fau(stus) sta stum a um .i. felix seu fortuna favet et comparatur faustior faustissimus unde fauste faustissime adverbium et hic faustitudo inis .i. felicitas Faustus componitur infaustus a um .i. infelix seu fortuna semper est adversa et tamen non stingit nisi male et comparatur Faveo venit et si qua qua se ab eo venit sed Item faveo in preterito corripit hanc syllabam fa hec in preterito cavit penultimam

Februa orum .i. sacrificia purgatoria que olim solebant fieri pro animabus defunctorum unde februatus a um .i. purgatus et februo as .i. sacrificare vel purgare et hic februus vir .i. plutus et februo et dicunt manes quia eis fiebant hunc purgationes Et a februus vel februo hic februarius rii quidam mensis sic dictus quasi sacrificationis vel purgationis quia in illo mense precipue fiebant februa pro animabus defunctorum qui plutoni unde februarius a um

Fedo as avi dem(pto) parte unde valla et fedus a um .i. turpis et comparatur fedior fedissimus unde fede dive fedissime adverbium et hic feditas atis et fedosus a um .i. fedus et sunt composita Item a fedus a um hic fedus eris .i. pactum vel pax que fit inter dimicantes fuit olim

consuetudo quod cum aliquem vellet inire
fedus quandam porcam sacrificare in
hunc modum / maior ex ista parte
et maior ex illa sicut esset imperator sive
rex sive alius princeps tenebat porcam
illam et ipsam percutiebant et turpiter
occidebant quod sic occidatur ille qui a
pace resilierit / et inde dicitur fedus
a porca fede et turpiter occisa cuius
mors optabatur ei qui a pace resiliret
Unde invenitur ictum est fedus inter eos
hinc dicitur ponam arcum meum in
nubibus celi et erit signum federis
inter me et terram / vel dicitur fedus a
fide vel dicitur ab hircus et edus pro la
addita vel porcus porca pro hoc componitur
ab hoc nomine hircus et fedus sic quia
hircus et edus cum porca immolabantur
in federe faciendo / et fedus precedit pacem
secundum federe pacis sunt indutie dicte
quasi indigentie ocia vel quia inducta
ocia sicut supra dictum est Unde
hic et hec fecialis quasi federalis id est sa
cerdos per quem federa fiebant vel
quia bella annunciabat qui pronus
dicebatur fecialis unde et olim feciales
dicebantur federales per ipsos enim fie
bant federa sicut per feciales bella
fecialis quoque ipse dicebatur ille qui legatus
mittebatur pro federe et pace Item a fedus
federo -as id est pacificare fedus firmare
et componitur confedero -as coniungere
colligare unde halia et confederatus
-a -um eidem federe cum alio coniunctus scilicet
collateralis socius confrater commanipu-
cularis consodalis collateraneus conficialis
comes collega consors contubernalis
combinatorius comunicanus collateralis
Item a fedo -as fedeo -des -dui et mutata
d in t dicitur feteo -tes -tui esse vel
fieri fetidum quia ante dicebatur fetet

quia feces tenet id est ignem vel aerem
corruptus est et hinc fetor -oris unde fetidus
-a -um et fetosus -a -um id est fetidus et per
compositionem fetulentus -a -um id est plenus fetore
et comparatur unde hec fetulencia -e id est fedi
tas / Ffedo componitur confedo -as id est sic
fedare Defedo -as id est inmundare vel
valde fedare Diffedo -as id est diversis
modis fedare vel inmundare / Effedo
-as id est valde fedare vel ad feditatem
ponere / Refedo -as id est iterum fedare / Ffedo
activum est et composita ab eo simi-
liter sunt activa et ponuntur hic sicut fe-
deo vero cum omnibus suis quia hec si quod
inventum est Hic et hec et hoc felix
-cis beate fortunatus dives / quia beatus
dicitur sit inter omnia fortunatus et
felicem supra dixi / et felix et
qui dat felicitatem et qui accipit et per
quem datur felicitas ut felix tempus
felix locus unde hec felicitas -atis
et felicito -as id est felicem facere a quo
felicito -as frequentativum / Ffelix componitur
infelix id est non felix infortunatus et
comparatur unde hec infelicitas -atis et
infelicito -as id est infelicem facere a quo
infelicito -as frequentativum / Et nota
quod felix dicitur quasi fatum letum et
...
Hoc fenus -oris id est usura secundum
usura est lucrum de capitali accepta
plurimum fenus vero lucrum de usura
simul / Vel usura est sine dilatione
tempore sicut qui accomodat duodecim
denarios pro uno denario quotquot
mensibus acceptor voluerit / fenus vero
cum tempore determinato sicut quod accomodat
viginti pro triginta usque ad mensem
Unde fenus videtur accidium quia qui
sic accomodat semper crescit ut id
tempus proveniat citto / Unde lucramos
hinc usura vocatur accidunt quia in
tempore fenus / Unde dicitur cum autores

quoque utimur predictis vocabulis et in
feneratus a um et fenerator aris et in
eodem sensu fenero as i. mutuare
vel mutuari scilicet dare ad usuram
vel accipere / est enim dantis et accipientis
et qui dat mutuo et qui accipit
feneratur unde hic fenerator oris qui
dat et qui accipit fenus quasi fenoris
actor / et feneratorius a um et fenerator
aris i. fenerari / Affenero as vel fene
ror aris componitur confenero as vel
confeneror aris i. simul fenerari
Defenero as vel defeneror aris idest
ditare vel deficere vel valde fenerare
vel a fenore removere unde Ambrosius
super Crisippum Tamen Antonius Cleopatre
amore defeneratus insaniebat i. dita
tus vel deficiens / Refenero as vel
refeneror aris i. iterum fenerari Et nota
quod fenero vel feneror invenitur pro
coniungere vel ligare / Feneror aris cum
omnibus suis compositis est deponens / Fenero
as cum omnibus suis compositis est neutrum
Tamen fenero pro coniungere vel ligare et
defenero pro ditare sunt activa / Fenix
cis ab fenix filius cadmi siquidem
agenor europa filia sua rapta
a Jove precepit tribus filiis suis scilicet
cadmo cilici et fenici ut sororem
suam quererent / et si eam non inve
nirent nunquam redirent Unde cumque
Facto primus et scolicatus cadmus Cilicum
ergo cum invenire non possent Cadmus
grecianus tenuit quandam regionem
in qua thebas edificavit unde et
Thebe dicte sunt Cadmee et regio
illa Cadmea / Cilix similiter tenuit
aliam regionem que ab eo dicta est
Cilicia / Fenix vero similiter aliam provinciam
tenuit que ab eo dicta est Fenicia

unde hic et hec fenix cis ab gentile / et quia
illi ex vicinitate solis contrahunt rube
dinem inde dicuntur punicei a um quasi
feniceus i. rubeus / Vel fenicen grece
latine dicitur rubeum unde feniceus a um
i. rubeus ut feniceam vestem dicimus
grece quam nos coccineam dicimus et
puniceus a um i. rubeus quasi feniceus
et hic et hec fenix cis ab hoc rubeo
quia ergo illi ex vicinitate solis sunt
punicei dicti sunt fenices / Vel unde
est quia ipsi primum inventores litterarum
fuerunt / adhuc capitales litteras ru
beo colore i. minio scribimus ut
colore reputemus illos fuisse inven
tores litterarum / et ab eis terra quam
incoluerunt dicta est Fenicia e
unde hic et hec fenix cis ab gentile scilicet
quicumque est de terra illa sive sit
rubeus sive non / et fenicus a um
in eodem sensu / Item a fenicia pe
nus a um quasi fenus subtracta
aspiratione si fenicia scribitur per ph
vel mutata f in p si scribatur
per f Et a penus mutata e in u
fit punus a um unde punicus a um
et similiter puniceus a um eadem in eodem
sensu Et nota diligenter quod peni
et peni et penica et penicei di
cuntur tam illi de fenicia quam Car
thaginenses et Affricani / Dido
quidem fuit de Tyro et Sidone
civitatibus Fenicie que fugiendo
fratrem suum Pigmalionem venit
in Affricam cum magna multitudine
suorum cum quibus Carthaginem
edificavit / et similiter Carthaginenses
dicti sunt peni vel peni vel pe
nici vel penicei / et terra Carthagini
adiacens dicta est Penica / Tamen provincia
ampliata est appellata et dicta

et quia affrica tota pomifera et
affricam poma pem primi fui et
quoddam genus malorum dicitur ma
lum punicum vel quia de ea grana
sunt allatum vel quia ibi plurima
habundat vel quia grana habeat
rubea Item a fenicon quod est
rubeum hic fenix cis avis arabie
sit dicta quia fenicum habeat colorem
vel quia sit in toto orbe singularis
et unica nam arabes singularem
fenicem vocant / et habet ultra quingentos
annos vivit dum se viderit se-
nuisse collectis aromatum virgulis
rogum sibi construit et conversa ad
radium solis alarum plausu
voluntarie sibi incendium nutrit
sic quia iterum de cineribus illius
alia resurgit Unde feniceus a um
in tribus generibus quod pertinet ad fenicem
a um a fenicon et fenix dicitur fenicia
et feniceus quod attinet ad fenic-
iam /

Fendo dis non est in usu
sed componitur defendo dis et hic
defensor et defensorius a um
et hec defensio / et defenso as
frequentativum defende Unde Ytalia / et
hoc defensaculum li dicitur defensio
vel id quod defendit Infendo dis i valde
offendere facere irasci Unde infensus a um
i offensus vel iratus Et est plus esse infe-
sum quam infestum vel iratum Unde dicitur
in ystoria Alexandri pro infensus fuerat
et infenso as frequentativum Offendo dis facere
aliquem irasci vel invenire / tangere i ad
lapidem pedem offendimus vel invenimus
Unde hec offensio Et hic hec offensiuncula
parva offensio Et hec offensa culpa fore
factum Et hoc offendiculum li id est scandalum
/ vel id ad quod pede offendimus vel
obex vel impedimentum Unde Prudentius
de psicomachia Et te sic errare sine
pede offendicula multa Et offenso

sas frequentativum Unde hoc offensaculum scandalum
vel ira vel impedimentum Offensus
quasi inoffensus i non offensus Item ab offen-
do hec offendix cis i nodus et zona qui
restringitur et remittitur vel quo liber ligatur
Feron grece latine dicitur mors Unde hoc
feretrum tri quia ferat mortuum / quod autem
dicitur ferectrum quasi ferens atrum aliquem
est et hic et hec feralis et hoc le i mortalis
lugubris funebris / et hec faretra tre
ubi ponuntur sagitte quasi feretra i mor-
tis repositorium / quia ferit sagittas
tot et mortes / quas hic volunt feretra
et feratis dicitur a fero fers / quia ea
mortes i sagittas ferat hoc mortuos
sic hoc non credimus / et hic feretratus
ta tum i ornatus et instructus faretra
vel qui habet faretram

Fero fers tuli latum verbum anoma-
lum Et invenitur in quattuor significationibus
fero i rapio / ut ibi fert
animus tuus Et in Ovidio
In nova fert animus mutatas dicere
formas et fero i dico / ut Cesar fert vi-
cisse Pompeium Et fero i sustineo
vel patior vel tollero / Et fero i porto
quas significationes iste versus indicat Affert
patitur dicit fert rapit atque gerit Unde va-
ria / Et hic et hec fertilis et hoc le i habundans
multa ferens / fertilis ager est fructuo-
sus vel est contrarium compedio est Et componitur Ric-
ssimus Unde fertile liuis ssime adverbium
et hec fertilitas atis Item a fero hec fero-
nia quasi fons vel palus qui conferat uti-
litatem bibentibus / Et hec feronia est dea
dea aque / et hic ferentarius rii i
verillifer vel fundibalus vel sagittarius
qui ferat arcum Unde Ambrosius super
Egisippum Et in si postquam inferentariorum
plures pluviam ... quia neces inferebat
Item a fero hic et hec et hoc ferax cis i fecun-
dus abundans Et comparatur feracior ssimus
Unde feraciter cius ssime adverbium / et fera-
citas atis / et feraculus a um i aliquan-
tulum ferax Item a fero quasi fertulum
i missorium / fertulum etiam dicitur vasculum

Un(de) h(ic) porta ferculi. Et ferculu(m) etia(m) d(icitu)r
vasa sive vna po(nun)t(ur) fercula ut ibi
(con)ferculu(m) fecit sibi rex salomo(n) de li-
gnis libani. Ite(m) a fero q(ui) fertu(m) ti i(d est)
oblatio q(ue) altari offert(ur) et p(ro)p(ri)e ea a po(n)-
tificib(us) sacrificia. Comp(onitur) cu(m) tum in-
et d(icitu)r infertum ti i(d est) vinu(m) q(uo)d altari
offert(ur) et tum ob(lata) (et) d(icitu)r offertoriu(m)
i(d est) oblatio q(ue) prefertu(m) q(ui)a p(ri)mo lo-
co fit oblatio (et) p(ro)p(ri)e ea sacrificium
(et) offertoriu(m) d(icitu)r loc(us) vbi reponu(n)t(ur) vel v(bi)
fiunt oblationes vel dona(n)t(ur) ista no(m)i(n)a
ab infero vel offero. Ite(m) a fero fer(o)s
(et) ferax fabanu(m). Et (et) d(icitu)r fortis (et) d(icitu)r te-
q(ui)a forti(ter) ferat adv(er)sa (et) g(e)n(er)aliq(ue) accide(n)-
tia vo. Fortis d(icitu)r a fero q(ui)a sit durus
ad flectendu(m) vel mollia(n)d(u)m et e(st) fortis
ad p(er)icula, invict(us) ad labores q(uo)d at
d(icitu)r fortis q(uas)i fer(r)o vel ferro(m) tene(n)s et(ia)m
e(st) Et (com)p(ar)a(tur) fortior, fortissimus. Un(de) forti(ter) for-
tissime adv(erbium). Et (et) fortitudo, dimis-
sio(n)a de quatuor cardinalib(us) v(ir)tutib(us)
(et) e(st) fortitudo mentis q(ue) adv(er)sa eq(ua)nimi(ter)
tolleat vel l(ar)g(a) (et) q(ua)liq(ue) d(i)c(t)a t(em)poralia. Et d(icitu)r
s(e)c(un)d(u)m (con)fortitudo e(st) considerata p(er)iculo(rum)
susceptio et laborum p(er)pessio ut s(upr)a.
No(n) timeas. Et e(st) fortitudo (con)tra timore(m).
(Con)fortis q(uas)i (con)iu(n)cte fortis. ite(m) v(a)lde fortis.
Ite(m) a fero (et) ferus ri ut ferus sim
depast(us) e(st) ea(m). Et (et) fera re. fera
et d(icitu)r om(n)is bestia q(ui)a toto corp(or)e
ferat(ur) vel q(ui)a n(atur)ali v(er)a libertate (et) de-
siderio suo et p(ro)p(ri)a voluntate ferat(ur). fere
su(n)t (et) si no(n) sevi(un)t. bestie v(er)o a(n)i-
stando dicte s(un)t q(ui)a morsib(us) (et) ungulis
seviunt. Ex hiis p(ate)t q(uo)d om(n)is bestia
e(st) fera (et) no(n) e (con)v(er)so. Et h(ic) sup(er)ius dist(inctio)
x(vi)ij. Et a fera fere adv(erbium). i(d est) iuxta
vel p(ro)p(e) i(d est) cu(m) n(on) toto corp(or)e feratur
fere sunt magne celeritatis. Et ce-
leribus o(mn)ia iuxta s(un)t. et ideo fe-
(con)petenter p(ro) p(ro)p(e) iuxta vel p(ro)p(e). (et) feri-
n(us) a um. (et) (et) ferina e i(d est) venato-
Virgilius Implentur veteris bachi p(ro)pinque
que ferine (et) ferus a um (et) crudelis
et (com)p(ar)a(tur) unde (et) feritas atis (et) (et) (et) (et)
(et) d(icitu)r ferox cis i(d est) crudelis (et) immansuetus

Et (com)p(ar)a(tur) ferocior ssim(us). Un(de) ferociter ter-
ssime adv(erbium). (et) (et) ferocitas atis (et) (et)
feditas e(st) in eod(em) s(ensu). Un(de) Mar(tianus) ca(pella)
Pittagorici edocuerunt feditam
animi tibiis mollire. Et no(tandum) q(uo)d ferox
e(st) animus. ferus leo. Ite(m) feditas
sepe laudi attribui(tur), c(on)tra feditas mi-
litum. Et ferox invict(us) d(icitu)r. Et feritas
diri animi e(st). Ite(m) a ferox ferio cis
i(d est) sevire vel despicere et fastidire (et) fe-
rox q(uas)i prefer(o)x cis i(d est) v(a)lde ferox. Un(de)
Ambrosius s(uper) Egissipum. Et in p(ro)fero-
ces gentis immanitates similes im(m)o
validiores (con)feroces a um q(uas)i Effe-
rus a um i(d est) v(a)lde ferus crudelis (et)
immansuetus. Un(de) effero as i(d est) crude-
lem vel ferum facere. Un(de) Ambrosius
sup(er) Egissipum. Efferaverat herodes
in unive(r)sos. Et Statius achilleis. Et
raptum sup(er)is mares efferat aur(is).
Ite(m) ferus ri comp(onitur) equiferus ri i(d est)
ferus equus (et) silvestris. Similiter fera
comp(onitur) cu(m) ferus a um (et) d(icitu)r ferifera i(d est)
fera ferens (et) adi(ectiv)e feriferus a um.
Ite(m) a fera d(icitu)r feraten(us) ta tum. et s(un)t fera-
tra tecta silvarum spissa. (Con)fero (com)p(onitur)
Affero afers attuli alatum i(d est) ferre
ad. Et cu(m) ante, antefero fers an-
tetuli. Et cu(m) ab mutata b in u
cu(m) i(n) p(re)t(er)ito. Et aufero fers abstu-
li ablatum i(d est) eripere. Un(de) valia (et)
ablat(iv)us a um p(ro) quedam casu q(ui) p(ro)p(ri)us e(st)
l(atinorum). Et cu(m) co (com)p(onitur) confero fers tuli
i(d est) simul ferre vel comittere. Un(de) (et)
conferre d(icitu)r pugnare (et) disputare
una q(ui) pugnant brachia conferunt. sic
q(ui) disputant v(er)ba. (et) conferre i(d est) comparare
(et) congregare. Et conferre i(d est) erogare
bona conferunt(ur) sed mala inferunt(ur).
Un(de) (et) collatio onis (et) collatius a
um i(d est) largus amplus. sumptuosus capax
v(e)l multa conferunt. Un(de) P(er) plautus. Ve-
ro e(st) collatio vetere (et) stulticie h(ab)-
beis. Un(de) collative adv(erbium). q(ua)s conferendo.
Un(de) p(ro)verbi(u)m. Si age de l(itte)ra collative
v(e)l ordi(na)re q(ui) l(itte)ra tua l(itte)re (con)ferit ad (con)-
stitutio(n)e(m) s(ensus). Ite(m) q(ua)n(do) cu(m) cu(m) Et circumfero

fers. tuli. latu. Et tunc dic et dr dif. fers. fers. ptuli latu. i. plogare et dr nl diuis modis ferre. i. dissipare dispge. Itm differre. i. distare dicit que ut hic dic ab asino. Et i. tar fung sepe mre poni impr. vn differns. th et tepa. vn differentr. ti. g. ssime. adv. et hec differentia. e. Differns q indiuns et hec differentia. e. Differns q indiuns q no differns. i. us nl similis. Et q pa vn indint. Et hec indifferentia. e. i. ydentitas nl cpssa similitudo. Itm hec defero fers. detuli. delatum. i. deuno loco ad aliud nl seorsum ferre. et deferre. i. accusare in qua sigm nire dcp latu. et deferre. i. honorem impendere. et sedum hoc ysturis tunc dicitur integro deferre tibi. i. honore impendo. Itm hic tunc ex et effero fers. extuli. elatu. i. ex ferre. et ppe e tradncruus fuiiel. Infamar et plium nigros eferre maritos. et efferre. i. extolle' eleuare' supbire. vn elatus. omis. Itm hic tunc in et infero fers. tuli. inla. illatum. i. intro fere. immitte. vn Domini ad bellum et honor inferre. Et Ttuldu tuum hinc. et inferre. i. ferre uro. gue et ptr ad malum. mala n. inferunt. q cont fermit. et sim hac sign nire in dyalectica inferre. i. geludre. illatr. gelo. tunc. n. aliquid infert alia. i. cl cpimor aly fert. vn comminto q e signum gelos. Dm illatia. q. cont portatia. Perfero fers. ptuli. platu. i. auferre nl ppo ne. vn platy et platus. Profero. fers. i. differre et prolongare nl pferre. i. manifestare nl offerre. et pfero q procul ferre. Et sim hoc ptr ad ra pfermit q pcul. i. de fermit nel emittunt. vn platy et platus et platibilis. le. q e aptum pferri. pfero. fers. tuli. i. pati sustine nel pfecte ferre. Offerro fers. tuli. latu. i. vltro pbe'. vl obuiam. excipie ti ferre. vn hic oblatus. ol. a quo hec oblaciuncla. le. di. Et hec offenda

De. pca antifona que tunc tunc oblato dr celebrari. Itm ab offto nl oblator. omis. hic omis. omis. d. q oblanis ab oblatori. qr an tiquity in initio no tham. si oues in sacfico mactarent. Pbys vco dt q decsedit a greco qr gre dice ouis. et nos tn vitandi viatid ditig ouis. et ex hys sy omby hic dnm bidentes qr int octo dentes duos altores qnt tunc qnby ferunt naspi quas gentiles maxime in sacfitys oferebat. si de hic aliquid supius dixi. Ab ouis hec ouicula le. et hec ouilla ambo. di. et ouilly. li. et hic ouilio. i. custos ouium. et ab nomine dr opilio. simir ab oue. q oulio. vn Virgilius in Bucolicis Venit et opilio tardi vene bubul ci. et hic ouile. lis. i. causa omium. et pr q. et hic ouisper. ti. q visitat ouium inspicit. Itm hic refero. fers. tuli. latum. i. recitare renuntiare. dicere. nl referre retro ferre nl iterum ferre. vn hic relato. omis. rei pa tegnite itrata regnito. et relaty. a. um. id ad aliquid refert nl potius quod itm fert aliquid ad memoriam q iterum portatum. Cum n. dicitur Socrates legit. pr hoc no socrates Socratem regnitum. sb ratio. tunc pq ca sbimngo et ipe disputa. pr id pro ipe Socrates refert. i. iterum refert ad cognitorem. vn et id pro no dr relatum qr sit aliquid re ferat. Itm referre. i. distare et hoc sepe tenet impsr. ut refert. ut refert an fatios hoc an id. Itm refert. i. prodest nl ptr ad officium nl ad vtilitatem aliquius et sim hoc sp e imple nl ferre sp. Et construitur tunc gtio tyly casuale excepto gtio pnapalium pnomium tu ghe nis construitur tn ccomitatone. si pillis construitur tunc ablatis femininis pnor possessiorum ut refert ppetit nl mea nl tua nl sua nl illius. i. prest facti nl tibi nl sibi nl illi. nl ptr ad officium

vel utilitate gaudeo vel meo vel tuo. Item
componitur cum sub et suffero fers. Susti-
nere, id est pati vel sursum ferre et ele-
vare. Et cum trans et transfero trans-
fers, latum, id est ultra ferre vel de uno
loco ad alium ferre. Unde et translatores
dicuntur qui de una lingua verba transferunt
in aliam. Et nota quod fero et omnia sua
composita faciunt frequentativa a supi-
no, ut lato, tas. Ablato, tas. Collato,
tas. Dilato, tas, etc. Item nota quod fero
accipit preteritum mutuo a tulo, lis,
tuli vel tetuli, quod antiquitus erat in usu.
Et similiter supinum accipit mutuo a
lato, tas, quod modo est et eius frequentativum.
Sed accipit id non integrum scilicet latatum
sed sincopatum scilicet latum. Cetera
vero a fero simul accipiunt preteritum
et supinum a compositis eorum. Item nota
quod fero et omnia ab eo composita sunt ac-
tiva excepto Confero pro honorem impendere
et differo pro distare, et refero pro dista-
re vel prodesse, que sunt neutra [?]
in aliis sunt activa. Et omnia a fero
preteritum de tuli et supinum de latum, et
omnia sunt anomala et nullius coniugationis.

Ferio, ris, caret preterito et supino
et mutuatur a percutio, tis, quod
est eius sinonimum, et facit
percussi, sum. Et hec ferula,
le, componitur a grece herbe, et palmato-
rium inde factum dicitur ferula. De
ut commestor ferula est genus feniculi
quod crescit in monte gargano, et in
affertur a peregrinis in modum [?]
ti baculi. Et est tam calide nature quod cum
auster flat qui similiter est calidus fit quasi
conflictus et confricatio inter ipsas herbas
et inde procreatur ignis adeo magnus
quod quandoque comburitur tota regio, a
qua combustione beata Agatha Katinam
nos liberasse legitur. De hiis herbis
fiunt palmatoria et leviter manus
discipulorum verberant quod tunc hominis
a leve parte est cum autem sanguis [?]
congelatus et obstat animo ne possit
vere discere, taliter per percussione

excitatus usque ad cor per arterias defer-
tur calefit sanguine congelatus et ita a
animo tarditatem expellit. Et hinc hoc
ferulettum ferulettum quod et ferula-
rium dicitur, id est locus ubi abundat ferula.
Item a ferio hec furia, e, quia ferit corda et
reddit ea commota. Unde furiosus, a, um, et
furiatus, a, um. Sed furiosus est qui ex ira fu-
rorem fert et ab eo numquam furor recedit.
Furiatus qui furit ex ira. Et furiosus compa-
ratur furiosior, simus. Furiose adverbium. Et hec furi-
ositas, atis. Item a furia quod et hic et hec furialis
et hoc le. Unde furialiter adverbium. Et hec furialitas,
atis. Item a furia furio, as, furere, insa-
nire, et est transitivum et activum. Et furo, ris,
verbum neutrum et absolutum, ut dicit Priscianus [?]
[?] sed furo non est multum in usu et caret
preterito et supino, sed mutuatur tamen preteritum et
supinum ab insanio quod est eius sinonimum
id est facit insanivi et insanitum. Sedulius
tamen a furo finxit preteritum scilicet furui a
furo unde dixit. Nec minus et clarus furo-
erunt iussa tirannum, id est in hoc enim us-
urpitanime. Et dicitur hic furor, oris, et fu-
ribundus, a, um, id est similis furenti. Effurio
vel furio componitur scilicet defurio, ris,
id est valde furere vel a furore cessare. Diffu-
ro vel diffurio, ris, id est diversis modis furere.
Perfuro vel perfurio, id est ante furere vel per alios
furere. Perfuro vel perfurio, ris, id est perfecte
vel valde furere. Confuro cum omnibus suis
compositis est neutrum, et caret preterito et supino scilicet fu[?], quod
autem dicitur furo quod fos [?] est. Item a
ferio hec feria, e, id est cessatio ab opere servi-
li. Unde et feria dicitur festivus dies in quo ces-
sare debemus ab operibus servilibus, et in quo so-
la circa divina debemus gerere. Et feria a fe-
riendo victimis. Et secundum hoc solum festivi
dies dicuntur ferie, in quibus sacrificia
precipue solent fieri. Sed quasi quolibet die debemus
cessare a viciis inde est quod quilibet dies potest
dici feria. Vel feria dicitur quasi fiaria a fando
quia in creatione mundi per singulos dies
fabatur deus. In prima enim die dixit fiat
lux, in secunda fiat firmamentum etc. Vel dicitur
a fando feria quia in feriis est nobis tempus
fandi in divino vel humano officio
sive quod quilibet dies potest dici feria

Furia

Sed ergo consuetudo christianorum sit appellandi
primum diem prima feria, nunc dies dominica, 2a
feria, 3a feria, 4a feria, 5a feria, 6a feria, 7a
feria, et est sabbatum duplex, quia non dies ab initio
feria, et est sabbatum duplex. Quia non dies ab initio
fuit et est ferialis. Ideo dies dominica prima
feria nuncupatur, quia primus est a feria, id est a sabbato
quod feriale solum erat. Dies hinc dicitur feria
quia sit est a feria, id est et ceteris, qualiter dicimus
quos sint appellandi secundum Ebreos vel gentiles
et in sequentibus inveniemus. Et a feria feriatus
a um, id est festivus. Unde quinque feriati dicuntur
sunt dies in quibus res divina fit et
abstinent homines a litibus et operibus servilibus.
Et ferio as, quod potius invenitur ferior
aris, id est cessare ab operibus, solemnizare. Et
est ferio vel ferior deponens tantum, cuius
compositum quod est, si bene, affecio, defecio
id est iterum ferire vel retro ferire, conficio
unde in omnibus sumitur quod est activum et tamen pro so-
sed quasi mundum. Ipsa quasi cavulcis parata
feritur aquis. Hoc festum, ti, est id
lignum in summitate domus ad quod
omnia dirigitur tigna et quod conveniunt. Unde
quod festum, ti, per solemnitatem, sicut ad fe-
stum lignum ligna conveniunt, sic ad fe-
stum solemnitatem homines conveniunt, vel festum
dicitur a feria quasi feriatum, et hinc quod festivus
dicitur, et hic et hec festalis et hoc le, et hic festi-
le, lis, id est festivum. Et festus a um ut festus dies
et sunt festi dies otii et religiosi quia in eis
sola res divina fit. Et nota quod festi dies
dicuntur consuetudine, sed solemnes quod ad honorem
pertinet ut pantalia, ut quos defuncti etiam
expleverit dicitur solemnia persolvisse. Et a
festus festo, as, festum celebrare, so-
lemnizare, et festivus a um, id est festus. Unde
et per translationem dicitur quod festivus, id est letus, cupidus
suavis. Unde festive adverbium, et festino, as,
id est festare, et hic et hec festivalis et hoc le, et
festivale adverbium, et hec festivitas, atis, id est so-
lemnitas vel suavitas dilectio amicitia
letitia. Unde hec festivitatula, le, et festi-
vitas, et festiditas, a festis diebus, et
est ethimologia. Et a festus hic et hec festialis
lis, sacerdos vel orator per quem bellum
indicatur et pax, que supra ferialis vo-
catur. Infestus quasi infestus, a, um, et ita
est infestus contrarius, quasi non festus, id est

non festivus. Et componitur infestior, ssi-
mus. Unde infeste, stius, ssime, adverbium. Et in-
festo, as, id est molestare, adversare. Infestus
dicitur activum et est activum et quasi tamen actio
Et a festus profestus, a um, id est dies
omnino festus, et profestus quasi procul festus
profestus enim dies dicitur vigilia festorum
dierum, quasi ante festum, vel quasi cum festo.
Et quidam dies non festivus dicitur profestus, quasi
procul a festo. Unde Oracius in sermonibus:
Non temere dedi lucem profestam. Unde etiam
Macrobius de Saturnalibus: Dies omnes aut
festos aut profestos aut intercisos volunt.
Item a festo ligno festino, as, id est accele-
rare, videntur enim tigna ad festum acce-
lerare, et inde tractum est festinare, quasi ad
festum navare. Unde festinus, a um, et fe-
stinatus, a um, et festinanter adverbium, et per compositionem
confestim, id est statim, a con et festino adverbium,
vel a con et statim, vel dicitur a confero
fers, vel quasi confestim, et est et fe-
stum ad quod ligna festinant. Unde con-
trarium est confestim, quasi cum festo, sicut in
tigna festinant ut sint cum festo, sic
et nos festinamus ut id quod facere volumus
sine intervallo fit confestim, quasi statim
cum presentia preterierunt rei vel temporis.
Et nota quod festino neutrum est et absolutum et tamen
invenitur constructum cum accusativo, sicut vel quasi activum
verbum absolutum, et designabit tamen ut fe-
stino viam, id est per viam, vel in hoc in se
verum alterum verbum ut festino cibum, id est fe-
stinanter paro vel coquo cibum, vel festino
te, id est facio te festinare. Et nota quod quamvis ve-
teres passim in 3a persona ut animo cupienti
nil satis festinatur. Unde festinatio, onis.
Unde confestino dicitur a propero, properat non
qui unum quod quia mature transfigit, se
festinat qui multa simul incipit nec perficit.
Fibula dicitur quod nos fibula
le, quia pectus feminarum ornatur, vel firma
bouum quod palium tenet in humeris, vel cin-
gulum in lumbis. Unde Ovidius: Cum fi-
bula vestem picta coercebat, et inde fibu-
lo, as, fibulis ligare. Et componitur affibulo, as,
id est alligare, et hoc mantellum. Confibulo,
as, id est simul fibulare. Disfibulo et defi-
bulo, as, id est solvere, disligare. Effibulo,
as, similiter absolvere. Unde Prudentius de Gerontius

festino 2
festinanter
confestim
festino 3
festinatio
festis
festo
festivitas
infestus

Aurelius confibulat etiam zonis. Infibulo -as,
i. ligare vel fibulas immittere. Prefibulo
-as, i. ante vel ab anteriori parte fibulare. Re-
fibulo, i. iterum fibulare, vel defibulare.
Subfibulo -as, i. subligare, unde hoc sub-
fibulatorium, i. subligatorium, et hoc
subfibulum, i. subligaculum, vel ponitur
quasi a sub et fibula. Effibulo -as activum
est cum omnibus suis quartum, et pertinet
ita ad matellum sicut et homines. Item
a fibula hoc fibulatorium, id quod apponitur ma-
tello, et per quod immittuntur fibule ne di-
ssipet matellum.

Fido -dis fisus sum verbum neutropassivum,
unde hic et hec fidens -tis. Et tamen non
habet preteritum proprium. Et secundum quod est non compa-
ratur, unde fidenter -cius -ssime adverbium, et
hec fidentia -e. Item a fido fidus -a -um, et
dicitur qui fidit et in quo quis fidit, fidus amicus,
id est fidelis amicus, et comparatur fidior -ssimus,
unde fide -dius -ssime adverbium, et hec fiducia,
et est fiducia in bonis rebus et malis, sed
sepius in bonis. Confidentia in malis.
Et hinc fiducio -as verbum activum, i. fiduciam
prestare, quod vulgariter solet dici affidare.
Et componitur Affiducio -as, ad aliquem fiduciam
et securitatem dare. Confiducio -as, simul
fiduciam dare. Diffiducio -as. Defiducio
-as. Effiducio -as. Infiducio -as, i. impi-
gnerare publice, diffidare. Refiducio,
activum est cum omnibus suis quartum. Item
a fiducia hic et hec fiducialis et hoc -le, et fi-
ducialiter adverbium, et hec fiducialitas -atis, et fi-
ducialis -a -um, i. fidus. Item fiducia est
cum res aliqua sumitur mutue pecunie
gratia vel mancipatur vel in iure ceditur.
Et hinc fiduciarius dicitur possessor vel qui rem
alienam fiduciatim accipit, i. in fidu-
cia et tutela. Affidus, confidus, infidus -a -um, i. non
fidus. Et comparatur. Item a fido hec fides -dei, que
facit nos fideles vel pocius dicitur a [?]
a fio fis. Diffido componitur. Confido -dis
confisus sum confidere. Et comparatur, unde
confidenter -cius -ssime adverbium, et hec confidentia
-e, et accipitur in mala parte, determinatum est ut confi-
det vel cum confidentia loquitur, i. auda-
cter, presumptive vel cum audacia et
presumptione. Componitur etiam Diffido -dis,
i. non fidere. Diffido cum omnibus suis quartum
est neutropassivum, et secundum hoc est neutropassivum impeditur, quia
omne neutropassivum est neutrum. Est unum neutro-
passivum gerens speciem neutri. Item fido et eius composita
producunt hanc primam syllabam fi.

Figo -gis xi xum, i. immittere, in-
figere, unde valla, et hec fixula -le,
i. fibula que ad firmandum pallium
infigitur, et hic fustis, i. palus vel ba-
culus ad verberandum. Et dicuntur pali fu-
stes quasi fixi stantes, quia fixi stent in fossis,
vel a fundo dicitur, quasi fixi stantes in fossis. Unde
fustigo -as verbum activum, i. verberare, quasi fuste
agere, ex quibus videtur esse compositum sed est etiam.
Item a figo hec fex, quia se iungendo vasi affi-
gitur, vel a fetendo dicitur, unde hec fecula per dimi-
nutionem fex. Fecula etiam est uva decocta et pinguis.
Horatius: Siler albes fecula coa. Et
videtur quod ponitur pro pulte vel pro fece. Legitur
sine uva. Et hinc feculentus -a -um, a fecla,
i. fetidus, vel quasi a fece et lentus componitur, unde
feculenta, i. fece plena vel fetida. Unde Ma-
crobius De Saturnalibus: Spiramine
fluit labes feculentis. Et comparatur, unde hec fe-
culentia -e, i. feditas. Item a fex hoc
fecinium, et dicitur fecinia minuti
acini et dure cutis, quia plus fecis faciant
quam alia. Et feco -cas, i. fecem facere. Et componitur
Defeco -as, i. purgare, quasi deorsum a fe-
ce ponere. Unde Prudentius in hymnis: Di-
tincta per quem umbra defecaverant. Et
Macrobius De Saturnalibus: In venis et
arteriis fit digestio quia acceptum san-
guinem quoquo defecant. Effeco -cas,
i. purgare, quasi extra fecem ponere. Infeco,
i. fecem facere vel est fece contraere. Activum
et composita ab eo omnia sunt activa et producunt
hanc primam syllabam fe. Affigo -gis. Affigo, i. [?]
i. figere ad. Configo -gis. Circumfigo
-gis. Crucifigo -gis, i. figere cruci. Di-
figo -gis, i. diversis modis figere vel a figura
removere. Effigo -gis, i. simul. Infigo -gis.
Prefigo -gis, ante vel ad anteriorem partem figere,
vel ab anteriori parte figere et perforare. Perfigo
-gis, perfecte figere. Refigo -gis, i. iterum figere
vel retro vel a fixura removere. Suf-
figo -gis, i. subtus vel ab inferiori parte figere.
Affigo et eius composita quartum sunt activa et faciunt
preteritum in xi et supinum in xum, et producunt fi.

Filos grece latine dicitur amor et hinc
ypos quod est equus. Et inde hic filippus pri-
mo quod interpretatur amator equorum vel
filippus interpretatur os lampadis quasi
lumine invectum. Predicatur Nathanaeli
/ filippus etiam dictus est pater Allexandri, unde filippus
et filippi -orum. Sunt etiam campi
thessalia in quibus regnavit. Unde Lucanus:
Et mutina et leucas puros fecere fi-
lipos / et bisancii in quibus erat sculpta
ymago eius. Unde Oracius: Retulit acceptos
regale nomisma filipos. Unde filippe-
nses. Ad filipenses scribit apostolus. Et filipi-
cus -a -um. Et hec filipica -ce et filipica-
rum libri quos Cicero scripsit contra filipum.
Unde Juvenalis: [illegible] te conspicue divina
filipica fame volveris a prima que proxi-
ma sequitur et ultima. Item filos et geos quod est
terra. Et hic filogeus -gei quasi eius solus
quia amat terram / vel non solum amat terram
sed etiam semper nonnumquam declinat ad eam. Item filos et
argiros quod est argentum vel dena-
rius. Et hinc filargirus -a -um, idest amator pe-
cunie. Unde hec filargiria est amor pecunie
avaritia / et hic filargirius -rii, idest ava-
rus amator pecunie. Item filos et
calon quod est bonum. Et hic filocalus, idest a-
mator boni. Unde hec filocalia amor
boni. Item filos et zofia quod est sapientia. Et hic filosofus,
idest amator sapientie. Unde hec filosofia,
est amor sapientie / et hic filosoficus -a
-um. Et filosofor -aris, idest studere filoso-
fie et docere. Et nota quod philosophia sic dicitur
divinarum et humanarum rerum scientia cum
omni bene vivendi studio coniuncta. Et sciendum
quod nomen primum est exortum a Pittago-
ra. Nam greci veteres cum ante sofos vel
sofistas, idest sapientes vel doctores sapientie
sametipsos iactanter nominarent / iste
interrogatus quid profiteretur, verecunde nomine
philosophum idest amatorem sapientie se esse
respondit, quia sapientem profiteri arrogantissimum
sibi videbatur. Ita deinceps postea po-
steris placuit ut quantumcumque de rebus ad
sapientiam pertinentibus doctrina quisque vel
sibi vel aliis videretur excellere / non nisi
philosophus vocaretur. Item a filos hic filius
quia sit amor patris et matris / vel a filo

generatus. Est enim filium generatorum precedenti
in posteros. / Et inde est filius. Fingitur fi-
lium generatorum nec ubi prece prima vel procul
[illegible] fuga a familia. Item filos et
tropos quod est labor / vel opos
quod est visio. Et hic filotopus, idest amator
iactantie quasi ubi laboret sensus appetat
nisi vanam gloriam. Filaxe grece latine
dicitur servare. Unde hec filaxa -xe vas ubi aqua ad
recondi et servari. Hoc fuit a principio
et postea ad filaxe in usum vini transiens.
Item filaxe quod est servare et teron quod est lex. Et
hoc filaterium -rii, scilicet membranula vel
brevicellus in qua lex scripta est et quam
sacerdotes quam deferebant ante frontem vel
pectus ut sic viderentur religiosi. / Sed hoc non
faciebant nisi causa iactantie et vanitatis.
Unde sepe nimis pro vanitate / Hic ideo dila-
tant filateria sua et magnificant fim-
brias. Alii vero dicunt quod venit a filo quia
per filum pendebat a fronte vel pectore a-
gitatur. Item filaxe et gasa quod est interpretatur divi-
tie / et hoc gazofilacium -cii de quo postea
de tractabitur. Item filaxe et arcos quod est
vasa et hoc archofilax -cis. Sed de hoc satis
dictum est supra. Item a filaxe greco
trahitur filaxo -as, idest servare. File grece
latine dicitur curia. Unde hic et hec et hoc filica -ce
idest curialis. Item filon grece latine dicitur folium
et inde in latinum. Et hoc filium in eodem sensu.
Unde hoc folium dicitur apud latinos / vel folium
a foveo -es quia fovet florem cum prius
erumpit / vel a fleo -is quia facile fluat.
Et in folium dicitur quasi herba quia sine radice vel
la innatet hinc et illinc / et dicitur quod
creditur de foliis paradisi et colligitur in li-
toribus Judee / et in officio profusum un-
guentum quod vocatur foliatum / Unde Me-
tis foliata parant. Item folia dicuntur
librorum ad similitudinem foliorum arboris vel
quia ex follibus idest pellibus fiunt quorum
partes pagine dicuntur quia sibi invicem co-
pingant idest coniungantur. Item a folium
foliolum -li. Et foliatus -a -um, quod fo-
lia vel abundat foliis vel ornatus est. Et fo-
lium hoc. Et trifolium herba quam greci tri-
folon vocant quod sit ternis foliis per si-
gulas nationes. Item quinquefolium. Et hoc

Quinquefolium quia greci pentafolion
vocant a numero foliorum, penta enim
quinque, folion folium dicitur. Item a filon
hoc filum, vel dicitur filum quasi pilum quia
ex pilis animalium fiat. Unde filatus a um
i. curvatus quia filum cito curvatur. Et filo
as i. filum a colo per quandam extenuationem
deducere. Et hic et hec filatista te qui nescio
pro mercede filat. Unde Plautus tritem tamen
astat filatiste in atriis textores lanbu-
larii artarii. Item a filo dicitur flamen inis
sacerdos Iovis quasi filamen quia religionis a
collo pectore per fila portat. Vel dicitur a filo
quia quicumque erat sacerdos in signum sa-
cerdotii deferebat aliquid, sed quia ince-
talior cum ex caloris nimietate non
posset id deferre, religabat sibi capil-
los quodam filo, vel flosculum lane filo
in vertice ligatum deferebat in signum
sacerdotii. Et hinc hic flamineus nei prin-
minister sacerdotum. Et hec flaminica
ce i. sacerdotissa. Unde Macrobius De Sa-
turnalibus: Camillas dicebat etiam ca-
millos flamines et flaminicarum pri-
mos. Et hoc flaminium nii i. sacerdotium
vel officium flaminis. Item a filo dicitur filtrum
tri quia ex filis i. pilis animalium fiat. Unde
filtratus a um. Filtrum etiam dicitur quedam herba ve-
nenifera. Unde et sepe invenitur pro veneno
acutissimo. Unde Iuvenalis: Hic Thessala ve-
ndit filtra. Et possunt dici filtra vel ve-
nena vel herbe, et quia abundat in Thessa-
lia. Item a filo hec filix cis, quia herba que
folia eius quasi fila sunt, vel dicitur a findo vel
a singularitate foliorum quasi fenix. Arabes
enim determinate singularem fenicem
vocant. Persius: Nec tibi ista filix ullo man-
suescit aratro. Et hoc filicetum ti lo-
cus et filicetum dicitur i. locus ubi filix abun-
dat. Et filicinus a um de filice existens
vel ad filicem pertinens. Et hec falx cis dicta
a filice quia hanc primum milites circa fili-
ces abscidere solebant. Unde est illud Paxme-
tia: Dux placidos curat in usus agri-
cole mutuaverit militis ensem. Falx est nostrum
nitens segetibus et vineis et pratis
aptum. Unde quinque illo rastrum pari
etiam humus ut vinea falcem. Et est
quando illo distinguitur a similis falce
pruto vineta, meto sata, tondeo
prata. Unde hic falco onis quia unguibus est
recurvus ad similitudinem falcis. Et hec falca-
strum dicitur ad similitudinem falcis, ... et tamen
rupes a runcando vepres. Et hec falci-
cula parva falx. Et falco as i. curvare
vel falce secare, a quo falcito as frequentativum
falcitare, cuius participium est non fit. Et diminutivum a falx
cis et est illud quod falcare, vel falce facere. Item
a falx cis hic falcarius rii qui falces facit
vel qui falce secat. Filadelfia est civitas
Arabie quam condidit Attalus ... gens
antiquissima quod interpretatur fily

Findo dis fidi fissum i. scindere. Flecti-
tur. Unde valla et hec fissura, et
et hec fiscina ne i. vas vel
corbula ex iunco vel sparto
facta in quo fit caseus. Unde illud Tibullus: Et
caseoli quos iuncea fiscina siccat.
Et inde hec fiscinula le, et hec fiscella di-
minutivum, et hic fiscellus li i. mollis caseus appeti-
ter. Item a findo hec fimbria i. extremitas
vestis. Superstitiosi magistri in fimbriis
que in quatuor angulis palliorum pendebant
acutissimas spinas ligabant ut
carnem aculeis pungerent et ex hac
commotione traherent ad officia dei.
Unde fimbriatus a um i. fimbriis or-
natus. Et fimbrio as i. fimbriis or-
nare vel aptare. Item a findo hec
fides dis i. corda cithare. Et hec
fidicula diminutivum. Unde et fidicula dicitur
genus tormentorum scilicet parva cordula
unde ligabantur manus martirum. Unde Pruden-
tius in ymnis: Ignes et fidicule sci-
unt. Et hic et hec fidicen nis qui cum
corda canit. Unde hec fidicina cithar-
ista que cum fide cantat. Item a findo
hic fiber bri quoddam animal quod venatores
ipsum sequentes se castrat et sibi
Non aliter quam adverso vix flumine lem-
bum remigio subigit. Unde hic lembulus
li. dicitur. lembus alio nomine dicitur cimba
per campulus linter i. carabus qua navi-
in fluviis et paludibus utuntur. Item
a lego hoc legumen nis quia legitur i.
colligitur manu. Unde et legumen quia lecti
manu et est ethymologia. Vel legumen a
legendo et eligendo. veteres enim queque
meliora scilicet fabam pisam lenticulam
legebant i. eligebant. vel quia meliora
eliguntur pro semine. Unde hic leguminari-
rius et hec leguminaria qui vel que custodit
vel vendit legumina. et leguminarius a um
quod fit de legumine vel quod pertinet ad
legumen. et hec leguria e quedam provincia
in qua sunt vercelle novaria medio-
lanum papia dicta sit ab habundantia
leguminum. Unde hic et hec ligures vel

Sponda

leguminum

ligur ris et hoc ligustrum quedam
herba quia habundat in liguria et
ligusticus a um a liguria dicitur Unde
Iuvenalis Nam si procumbit qui saxa
ligustica portat. Item a lego lectio
nis unde meditatium et lectito as et
lecto as ambo frequentativa et hinc
lectito as aliud frequentativum et a preterito
lego mutata e in a fit lego as id est
mittere. Rex legavit illum in [illegible]
et est legare id est in testamento aliquid
alicui dimittere et proprie per manum heredis
et hinc hoc legatum ti illud quod ita
dimittitur et differt a caduco scilicet quia
cum filius deest cadit super nepotem
vel aliud de cognatione sed legatum
alicui extraneo dimittitur Unde Iuvenalis
legatum omne capis necnon et dulce
caducum et hinc legatorius a um
quod pertinet ad legatum et hic lega
torius et hec legatoria cui legatum
dimittitur. Item a lego per mittere hic
legatus ti id est nuncius et hec legata
te id est missa et legatio onis missio
Unde hec legatiuncula le diminutivum. Et quia
allego as id est remittere vel affirmare
vel rationes ad fulcimentum sue partis
inducere Unde hec allegatio onis [illegible]
affirmatio vel ratio ad confirmandum
aliquid inducta. Ablego as alicubi
legare Unde Terentius in Andria Ablego
mihi nunc hinc est ablegandus. Collego
as id est simul legare Unde collega ge
et est nomen officii proprie quando collega sunt
in officio scilicet qui in simul legantur
ad aliquod officium agendum ut ad
pacem inter aliquos componendam. Dele
go as de uno loco ad aliud vel deorsum
legare. Oblego as id est contra legare vel
contra vel contradicere vel contra leges ve
nire vel dicere. Relego as id est remittere
et relegare id est dampnare in exilium
mittere Unde hec relegatio onis quoddam
genus dampnationis scilicet cum quis pro aliquo
commisso interdicebatur a patria et civitati
videbatur discedere et sua non amittebat
et spem revertendi habebat Unde relegatus
sit dampnatus hic non dampnatus fuit
Ovidius Unde idem Ovidius de ponto
Nec vitam nec opes nec ad hec posse

reverti. Patria relegatus pena futura
sunt et relegatus sic dampnatus quia
relegatus semper spem habet ut retro
legaretur id est ut reverteretur. Lego as actum
est cum omnibus suis [illegible] et producit le.
Item a lego is hec lex legis que legitur
et est lex ius scriptum a sapientibus honestum
prohibens contrarium vel lex est scriptum
populo promulgatum magistratu que-
rente et populo respondente. Solebat enim
magister civitatis cum aliquam legem
vellet statuere ascendere pulpitum
in media concione et querere a populo
si vellet illud ratum esse et accepta
responsione a populo deinceps pro lege habebatur
et hinc legitimus a um homines secundum
legem habitus vel factus et hic et
hec legalis et hoc le qui leges servat
et fidem Unde legaliter et legalitas
et legalis le quod pertinet ad leges
et hic et hec legista te qui docet
leges vel qui vacat legibus et quia
hic et hec exlex gis extra legem sine
lege. Lex gis primam producit. Item
a lego et itero vel retro componitur hec
litura e quasi legitera quia legendi itera
plicat vel quia legendo iteratur vel
litura quasi littera a lino is secundum consuetudinem
antiquorum quod in cerate tabule
solebant scribere et postea linire et secundum
hoc litura dicitur [illegible] de signo scilicet quandoque
sit deletio vel correctio [illegible] nomen
Sed hic non scribit [illegible] Unde
hec literula le diminutivum et hic et hec literalis
et hoc le ut scientia literalis que de lite
tractat vel que efficit literatum et hic
literator oris et literatrix cis et literatus a um
literator vel literatus [illegible] dicitur ille qui
multos libros inspicit et revolvit
sicut modo qui ipse [illegible] dicitur anti
quarius quia antiquas historias ad
manus habent. Sed ille dicitur literator vel
literatus qui ex arte de rudi voce
scit formare literas et iungere in sillabas
et sillabas in dictiones et dictiones in orationes
et orationes congrue scit proferre et accen
tuare. Unde Ieronimus super Matheum literator
insignis erat qui grammaticus putat
dicitur. Unde literatorius a um quod

ad literas vel ad literatorem vel quod tractat
de literis vel quod efficit literatorem. Item
a literatus vel litera literatorius -a -um idem
quod literatorius vel literis plenus. Unde
Augustinus de civitate dei in xv° Cum quedam
literaria varronis opera perlegisset. Vel
literatus componitur illiteratus -a -um sine literis
non literatus ydiota. et literatus et illiteratus
comparantur. Item literatus et illiteratus accipi-
untur aliter. illa enim vox dicitur literata
que signari visibilibus literis ea in mente
et usitate potest conservari. Illiterata dicitur illa
que sic conservari non potest ut sibilus et
gemitus infirmorum. Item a litera litero
-as literas insignire vel literas coniungere et
combinare sicut silabicare est silabas
coniungere et dictionare dictiones coniungere. Et
componitur illitero -as idest simul literas
oblitero -as idest delere oblivioni tradere.
Unde oblivatus -a -um deletus oblivioni
deditus. Macro de Saturnalibus. Sub nobis
multis iam vera seculis oblivata. Ieronimus contra
Ambrosius super exameron. Pictatem
genti genitalis usu oblivata dolorem
absorbuit. Item a lego hec legio -onis
quia legebantur idest eligebantur qui de
legione debebant esse. vel legio a lege
quia lege se habebant in castris vel
quia in legiones disposita erant. Ipse autem
lingua macedonum dicitur falanx vel
falanga. gallorum caterva. nostra
legio. Et sunt in legione sex milia
sexcenti sexaginta sex homines. In cohor-
te quingenti. In manipulo ducenti.
In centuria centum. In turma vel
ala triginta. Sed turma est peditum
ala vero militum. In decania sunt
decem. Et a legio legionarius -a -um
de legione existens vel ad legionem pertinens.

Lego componitur colligo -gis -egi -ctum
idest simul legere. Unde hec collegium
idest societas. Unde collegio -as
legendo facere congregare. Item
a colligo hic et hec collega
-ge penultima correpta idest simul colli-
gens. sicut conmilites dicuntur simul
militantes. sic collige dicuntur simul legentes.
Nam collega per scito penultima producit
et tunc est nomen -gis et declinatur a collego
-as ut supra in dya. Item diligo -gis
-exi -ctum idest amare. que tamen dicuntur sit inter
amare et diligere supra in dyrige. amare
quidem proprie accipitur in malo. diligere in
bono. Unde dilectus -tus -tui idest electio. ~~Unde
Iosephus in contubernio pro dilectu militum
eligere gis~~ et hec dilectio -onis. Vel di-
lectio a dya quod est duo et ligo -as
quia in se duos ligat. Vel quia a duobus
incipit quod est amor dei et proximi.
Vel sit ethymologia dilectio quasi duos li-
gans vel a duobus incipiens. et declinatur
ut dyrige a diligo. Item a diligo
diligens studiosus sedulus et comparatur.
Unde diligenter -tius -tissime adverbium et hec
diligentia -e. Deligo -gis quasi de aliis
legere vel eligere. Unde delectus -tus -tui
idest electio. Unde Iosephus In contuber-
nio pro delectu militum. Eligo -gis
comprehendere quasi extra alia aliquid legere.
Unde dicitur aliquis electus in episcopum qui
non dum consecratus est alius iam consecratus
est et inde hec electio -onis et electus
-a -um quod elegit vel quod pertinet ad
electionem. et est eligere proprie de duobus
propositis unum accipere et alterum dimittere.
Non enim eligit qui unum vel accipit vel qui
omnia accipit. Unde quedam prepositiones quandoque
dicuntur electiva que de duobus propositis
unum eligere et alterum respuere ostendunt.
Item ab eligo hic et hec et hoc elegans
-tis idest valens excellens nobilis pulcher
bonus utilis bona prudens. Etenim
pulcra et bona sunt eligenda et comparatur
-tior -ssimus. Unde eleganter -tius -ssime adverbium.
et hec elegantia -e. propterea excellentia
pulcritudo valitudo. Item ab eligo
hec ilex -cis arbor glandifera quasi
elex ab eligendo quia huius arboris
fructum primum homines elegerunt sibi.
Unde ilicineus -a -um et ilicus -a -um idest de ilice
existens vel ad ilicem pertinens. Item ab
eligo hoc electuarium -rii ab electum rerum
quibus conficitur dictum. Et eligo componitur
preeligo -gis pre aliis eligere quasi ex electis
eligere. Unde elegit eam deus et preelegit
eam. Item lego componitur intelligo -gis -exi -ctum.
Unde intelligens. intelligenter adverbium. et hec
intelligentia. Item ab intelligo hic intellec-
tus -tus -tui. Unde intellectualis et le. Unde
intelligibiliter adverbium. et hec intelligibilitas

differunt quo intellectus et intelligentia et
intelligibilitas, quia enim intellectus superior
est ratione in tantum intelligentia est superior
intellectu et in tantum intelligentia est superior
intelligibilitas. Ratio est vis anime
discretiva formarum a se invicem. In-
tellectus est vis anime qua forme
et corpora vel materia comprehenduntur vel
qua incorporea percipiuntur cum ea ratione
quare ea sunt, sive incorporeorum creata
sunt quia scilicet anima angeli deus
sive ea divina. Sed non percipit intellectus
Semper quid intellectus est vis anime
comprehensiva incorporearum scilicet
forme subiectarum vel formarum creata-
rum. Intelligentia vero est vis anime qua
aspirat ut aliquid ea divinarum
rerum comprehendat. Intelligibilitas est
quedam vis anime omnium formarum in
quadam simplicitate complicativa absque
ratione ordine vel temporali, talis modo
deus vere comprehendit quia omnes uno
intuitu absque omni successione creaturas
comprehendit, hic modo cognoscendi utuntur
tunc omnes angelorum qui deo propinqui-
ores sunt et quia sed fortasse aliqui
homines quibus deus hominibus permittit
ad hanc aliquos attendere dignitatem
unde dicit Plato Intellectus solius dei
est et ad modum paucorum hominum et post
hec intellectus pro intelligibilitate quia sepe
predicta vocabula unum pro alio ponuntur, sed
de qualitercumque intellectus accipiatur sive
proprie sive pro intelligentia sive pro intelligi-
bilitate vere predicitur intellectus solius
dei est et ad modum paucorum hominum.
Et vero hic aliqua interserunt obscura
in prima dilucidabuntur. Perlego -gis
i. perfecte legere. Pellego -gis i. ab legere
Relego -gis i. iterum vel retro legere. Selego
-gis i. eligere quia seorsum ab aliis legere
unde Virgilius in Ysto de cultu. Vidi ... semina
selegentur vel bulbi fortasse ceteri
reprobarentur. Et hic selectus a. um ab aliis
electus unde idem in eodem. Degeneravisse vidi
selectos et diligenter exploratos. Et hic
selego. Est quoddam genus terre quia
sit selectum ab alio. Nam in pane

species est eius precipua unde quidam tenui
ssimum et purissimum flos farine dicitur
siligo unde hic Persius simulatio unde
Iuvenalis Sed tener et niveus
mollique siligine factus. Et inde
silagineus a. um ad siliginem pertinens
vel de siligine factus. Et hic sigalum
-li aliud genus annone unde sit
pessimus panis super quo solet quedam
unde perferre siliginem. Et inde
sigalonus a. um et sigalinus a. um
et sigalonia a. um. Et hec sigalonia
-e terra ubi sigalum abundat. Subli-
go -gis i. facere quia subtus et late
legere. Compositum quia lego omni nec est
Negligo neglego -gis abiecta e. et assumpta
quia per adiectionem. Et enim mutare e.
in quia opportet quia quia esse de precenti
sed quod esse non potest. Negligere est
contemnere vel delinquere quia non
legere vel quia non eligere unde negligere
quia non legens vel quia non eligens
Diligo et eius quia omnia sunt activa
Item omnia quia a lego mutant
in preterito et simul in i. ut colligo
diligo intelligo perlego seligo preter
relego quod non mutant e. in i.
causa differentie ad religio -gis. Sed
preteritum et supinum simul finalis immu-
tatum ut collegi dilegi etiam
preter diligo intelligo negligo que
mutant preteritum suum simul ut
dilexi intellexi neglexi, legi collegi
unde preteritum. Hic et hec lelex -gis
quidam possunt quod primo dicitur
lex -gis sed preterea a differentie creata
est prima sillaba. Et hic lelegos a. um.
Lemos vel lema grece latine
vorago unde hec lema -e locus vel
via aspera vel voraginosa unde
lemosus a. um voraginosus plenus
lemis. Et componitur lema cum epi quod
est super et hic epilema -atis idest
emplastrum quod super lema i. vulnera
voraginem ponatur. Marcus Ca-
tonem epilemate vite preterit.
Item et cum dia quod est duo et
dilema -tis quedam argumentatio

que a quibusdam vocatur complexio
quia undique complectitur adversarium
a quibusdam cornutus syllogismus et
dilemma quasi duplex voratio quia duplex
i. utrumque adversarium vorat / quadrigis
cum plaustro comedit voraginem i.
morticinem mutuavit Leminas dicunt
esse quosdam homines in libia qui
nascuntur sine capite et ore et oculos
in pectore habentes Lemnos insula est
et interpretatur lutum unde lemnius a um
gentile et hinc dicitur lemnius deus est
vulcanus quia per iovem deiectus est
in lemnon insulam ubi nutritus est
a simiis Item a lemnos quasi lemnades
de viro de lemno unde lemnias adis
femina de terra illa

Lenio is ivi itum placare
mitigare lenem facere
unde lenitos leniminis leni-
mentum et hic et hec lenis et
hoc lene et comparatur nior issimus
unde leniter nius issime adverbium et hec
lenitas atis et hec lenitudo et
lentus a um lentus i. flexibilis
ut lenta salix et lentus i. tenax
et lentus i. tardus et piger et
lentus i. mollis non fortis ut arcus
lentus et lentus non bene siccus
ut sarmentum est lentum i. non bene siccum
quidam tamen dicunt lentus i. non plenus
proprie hoc quasi vinolentus somnolentus
et similia vel quasi magis cum lentus
inveniuntur in tali forma nec predicta non
apponitur a lentus sed a lentos greco
quod sonat plenum vel / lentos enim grece
quasi i. plenum vel plenitudo et hinc compo-
nuntur predicta non a lentus cum regula
omnia non composita apud latinos in
lentus desinentia sunt composita ex predictis ubi
dictionibus et lentos greco vel somno-
lentus a somno et lentos / vinolentus
a vino et lentos et cetera sunt
rem plenam vere applicare predictam
pertinet in compositione ut vinolentus
plenus vino / somnolentus plenus somno
[illegible] lentus comparatur lentior
unde lente tius issime adverbium et hec
lentitudo inis / et lento as avi
i. curvare vel flectere vel tardare lentum
facere et in lenteo es in idest esse

vel sicut lentum unde lentesco scis incho-
Item a lentus hic lentiscus sci quedam
arbor quia cuspis eius lenta sit idest
mollis et flexibilis / et hec lens tis
quoddam genus leguminis quia humida et
lenta sit vel quia lente surgat / et
inde hec lenticula per eandem et lenticula
parva et rotunda macula in carne
ad similitudinem lentis unde lenticulosus a um
plenus lenticulis / et lenticula dicitur vas
olearium ex ere et argento factum et dici-
tur a liniendo quia olim reges et sacer-
dotes inde liniabantur Et a lens tis
hec lentigo ginis i. vestigium parvarum
macularum in corpore secundum lenticula unde
lentiginosus a um Item a lentus hec
lens dis i. fetus pediculorum unde
quidam lens lendis capiti lens lente
convenit ori / et hinc hec lendula
le dimin. et lendosus a um i. lendibus plenus
et hec lendex cis tarmus vermis lardi
Item a lenis hic limus mi terra humida
et cenosa sit que est in fundo aque
et dicitur sic quia sit lenis unde limosus
a um plenus limo et componitur hec limax
cis et hec limacia cie per eandem verme
quia in limo moratur vel de limo
nascitur vel quia totus est immundus et limosus
et hic limarius rii i. vectarius et hic
liminiscus a i. singula [illegible] duobus pedibus
latens Vel dicitur sic a limo i. obliquo
quia ex transverso iacet / et ponitur in hiis
locis que sacre scripture interpretes
eodem sensu sed diversis sermonibus transtulerunt
Item a limus hec lima me quia limum
auferat de ferro vel quia limum i.
lene faciat / et inde hec limula dimin. et
limo as i. purgare polire vel diminu-
ere / nam lima diminuit ferrum
vel limare dicitur a limus i. limo replere
vel limo impinguare et hoc colimo as
simul limare / delimo as valde limare
vel limum auferre / elimo as i. purgare
unde elimatus i. purgatus clarus et elima-
tim adverbium i. purgate clare et hoc
elimamentum ti i. purgamentum / obli-
mo as i. limpiditate polire vel detergere
demoliri turbare vel limo cooperire
unde lucanus pene genere vero omnes
oblimat eospremdas undis Item
a lenis hic limus quia sit mollis et lenis
vel greci dicunt limum et inde nos

durum linum. Unde hic lineus, a, um, i. de lino
vel ad linum pertinens, et linosus, a, um,
i. lineus. Et hec linea, e, i. corda
tum qua aliquid dirigitur, quia de lino
fiat. Et si etiam non fiat de lino dicitur
linea. Et etiam signum quod per lineam fit dicitur
linea sic in scriptura. Et linea dicitur logice
sine latitudine. Unde lineo, as, et hic et hec linealis et hoc le,
et lineatus, a, um, et componitur interlinealis et hoc le,
quod est inter lineas. Unde quedam glose dicuntur inter-
lineares que sunt inter lineas. Item a
linea lineo, as, protrahere lineas facere. Unde
lineatim, i. per lineas vel per tractum. Item a
linea hoc lineamentum, ti, i. dispositio
vel similitudo vel figura similitudinis. Et per compositionem
dicitur interlinium spacium inter lineas. Unde pre-
dicitur interlinearis et hoc re. Item a lino hoc lin-
teum, i. velum vel quod in lecto sternitur vel
mantile. Et hoc linteamen, inis, quod in lecto
sternitur. Et hic linteolus, sive linarius, i. vesti-
arius, et linarius, a, um. Et hoc linarium, i.
locus ubi abundat linum vel semen lini. Et ali-
quid quasi cum stamine. Et hec linostema, atis,
vestis ex lino et lana contexta. Et dicitur sic quia in
stamine linum in trama lanam habet.
Item componitur linifico, as, linum facere. Et hic
et hec linifex, cis, qui facit vel operatur linum.
Unde hoc linificium, cii, opus lini operatio.
Item a linum hec linna, e, i. sagum
quadratum et molle. Et est gallorum. Unde
Plautus: linnia que operta est contra gal-
lia quibus? ... nationibus sua cuique propria
vestis est, ut Parthis sarabare, Gallis linne,
Germanis renones, Hispanis stringes,
Sardis et mastruce. Et inde linnatus,
a, um, linna indutus. Item a lenio hic leneus
i. bacchus qui leniat curas vel quia sit lenis
ad potandum. Vel leneus dicitur a lenon quod
est lacus vel cupa in quo vel in qua vinum
detrudit expressum. Et etiam lacum dicitur bacchus presidere
et inde leneus, a, um, bacchicus. Item a lenio
hic leno, onis, lecator vel conciliator
stupri vel quia mentes miserorum blandien-
do et deliniendo seducat. Et immundicie corp
tota. Unde hec lena, e, lecatrix vel conciliatrix
stupri. Lena etiam invenitur pro eo quod conci-
liat ut Persius: Cui sita Cinnicus? nutricti-
ua lena. Item a leno hic lenunculus
hic lenullus ambo dicuntur. Unde Plautus in Penulo
Egi ... emilitum tetigero lenunculum
... in cor... ... dicitur lenunculo ...

pugna. Et lenocinor, aris, lecatur vivere
vel mentem vel in officium exercere. Sed
tunc ambulatorum famulari. Unde valeat?
Et hoc lenocinium, lecacitas vel leni-
tudo vel actus sive officium lenonis.
Item a lenio hic lepus, ris, quasi ... cito ca-
leris sit, vel potius dicitur quasi ... a
levis. Et lenio componitur delinio, is, i. placare
dulcem facere et lenem. Unde delinitus,
a, um, et hic delinitor, et hoc delinimentum,
placatio dulcedo blandimentum. Et
per compositionem delinifico, i. callidus consultor
vel blandiloquus. Oblinio, is, simi-
liter placare. Et lenio et eius composita activa sunt
et lenio producit le, quia habet ... le, quia ab
composita mutat in li, sed producitur
unde fit quedam convenientia inter hec quod posita
et composita a lenio, as.

Leo, es, evi, tum, i. delere, teste
... et non est in usu. Unde lenisco
... sed non est in usu.
Et componitur obliviscor, eris, tem-
pus ... memoriam ... ...
et constituit cum ... et actio ... obli-
viscor tui et te. Unde hec oblivio, onis,
et hic obliviosus, a, um, et comparatur. Unde
obliviose, sius, ssime, adverbium. Et hec obliui-
ositas, atis. Item a leo hoc letum, ti, i. mors
quia letum delet vitam. Unde letalis
et hoc le, mortalis. Letaliter, i. mortaliter. Et
hec letania, e, i. rogatio vel invocatio
que pro mortuis fit. Et letatus, a, um, i.
mortuus vel mortificatus. Unde Ovidius
Metamorphoses: ... letatam
corpus ... et letum, quasi letifer, a, um,
i. ferens mortem. Et etiam fagin quod est
comedere, hic letofagus, gi, i. ... mor-
tuorum corpora comedentes. Unde Ovidius
de Remediis: Illa Lethofagos ... sire-
nes in antro de putu, vel legitur
ibi letofages sicut ... dicitur. Item a
leo ... lethes ... palus infernalis ...
delens memoriam. Unde et interpretatur oblivio
quia ... anime ... ...
tunt oblivionem preteritorum secundum po-
etas vel futurorum secundum philosophos. Unde
letheus, a, um, infernalis vel pertinens
ad lethen vel obliviosus. Unde et letea
papavera dicuntur que oblivionem
comedentibus conferunt. Et hec lethargia, e
gi

linteamen

i. morbus oblivionis afferens et sompnum
Unde in proverbio prosa inquit / letar-
gum pati sed tamen morbum il-
lusorum metuimus. Unde letargicus a
um obliviosus qui letargum patitur
Et hec letargia e. ipsa oblivionis in-
mitas sed oppressio cerebri cum ob-
livione et sompno iugi / Item a lete quod est ob-
livio letos quod arbor cuius fructus gustatus
confert oblivionem, et quasi cum fugiens quod
comederat. Et hinc letofagus gi. fructus illius
arboris que vim ad irritandum amorem habet
Unde Ovidius de remediis ille letofa-
gos io sitientes in antro et puta-
mus leo quasi deleo .es. cui destruit / Leo
et eius composita sunt activa

Leos apud grecos quod est .c. leos i.
populus et quod superius diximus
et leos i. princeps vel rex
unde greci dicunt leon quod al-
tior princeps sit omnium bestiarum / et
hec abiecta n. dicimus nos leo onis unde
hec leena vel lea / et hic leofons quod
bestia mediorum sit quasi caput et
generis et eius timent terrent aspectu pro-
nans per viam leonis necatur / et ipsi
timent quatu ... illic
simul sunt / leo quasi cum pardus et hic
leopardus di. quod regulariter dicitur
leonis pardus. Sed ut quidam perhibet dicta
est nasci leopardus ex adulterio le-
ene vel pardi / vel pardo et leonisse
unde hec leoparda de. / Item a leo per compositionem
formicaleon de quo supra tractatum est
Et hic leofilius filius leonis / Unde leofila
leonis filia / Item a leo hic leunculus
li. di. et leoninus a um / Hec le-
pida de que est / Hoc lepisma
vas vinarium / Leria palmus
Levi interpretatur additus vel assumptus di-
xit n. Lia cum peperit eum / non am-
bigens de amore viri nunc mecum
erit vir meus quia peperi ei tres filios
Unde hic levita i. diaconus de levi n.
levite exorti sunt a quibus in templo
dei mistici sacramenti ministeria
explebantur / Unde greci diacones / levite
ministri domini quia sicut in sacerdote consecratio
ita in diacono ministerii di-
spensatio habetur / et in hec levitissa se-
vxor levite vel que habet id officium

Et hic levitonarium i. collobium sine
sed manicis quo monachi Egipti utuntur
hoc levite olim utebantur / et leviticus
a um unde quidam liber leviticus dicitur quia
eo totus ordo levitarum continetur Levia-
than est serpens quidam tortuosus in aquis
scilicet diabolus in mundo / Item interpretatur additamentum
eorum quorum scilicet ipsius hominum quibus
in paradiso semel culpam prevaricationis
intulit et hanc usque ad eternam mortem
quotidie persuadendo addit vel extendit
Leucos grece latine album unde hic lac
lactis quia album est et hinc lacteus a
um i. de lacte confectus vel ad lac pertinens
vel albus ut lac Unde hic lacteus vel hec
lactea quidam circulus in celo sed galla-
xias quod est collacteus i. eiusdem lactis /
collactei sunt qui id lac simul sug-
xerunt / vel in eodem tempore quasi coetanei Unde
Mar. cu. sed quia provisionis collactea
et indiscreto fecere amica vite / et a
lacteus lacteolus a um id est quod lacteus
Item a lac hoc lilium flos lacteus / et
hec bia lactei floris sunt vel dicitur lilium a
lacte quasi lactinum / Et hoc lactatum. ti
cibus qui fit ex lacte ut ex lacte ami-
gdalorum / Et hec lacterna quedam pestis
segeti lactescenti / Et hic lactis tis quedam pars
intestinorum / Et lactis est id quod lac coagu-
lat / et ut dicitur id intestinum est quasi pellicula
qua lac in quibusdam locis coagulatur Unde
expositus pulmone et lactibus unctus / Lac-
tuca a lac hec lactuca ce quia abundantia
lactis exhibet / vel quia lacte nutrientes
feminas implet / Hec et in viris veneris
usum coercet / Et est aliud lactuca a-
grestis quam sarraliam nominamus
quia dorsum eius in medium serre est Unde
hec lactucetum. ti et hoc lactucarium lo-
cus in quo lactuce crescunt / et lactuarius
a um. Item a lac hic lax cis sucus cuiusdam
herbe quia manat ad modum lactis et inde
per ea ia herba dicta est quasi laxer Item a lac
lacto as i. lac prebere Unde lacteo es vi
i. lac sugere Unde quidam / lacteo lac su-
go lacto lac prebeo nato Item lactare
est lacte implere / ut terrus lactat ubera
vel ubera eius / et in lacteo .es. i. habere
vel emittere vel incipere habere lac Unde lacte-
sco scis inchoativum unde seges lactescit cum
germinescit et lacto as et ablacto as a la-
cte depellere vel removere segregare. Col-

lacto. as. i. simul lactare. Unde collactaneus
nus. a. um. eodem lacte nutritus vel eodem
tempore. Delecto. as. et invenitur inde pro gaude-
re eodem sensu. ut delectent in letitia et
exultatione. et fit quandoque verbum delector in-
personale passionem intrinsecam natam quam iam ceteri
diximus. sed tunc fit admodum ...
et in delectatur impersonaliter. et hec delitie
arum. quod delectent. Unde delicatus. a. um.
et comparatur. Unde delicositas. atis. Item a de-
litie delicatus. tu. tum. delitijs assue-
tus insolens angustiarum dolorum et compara-
tur. et componitur elacto. as. i. valde lactare
vel a lacte segregare. Oblecto. i. de-
lectare. Lacto cum omnibus suis
compositis activum est. delecto quod est vel et
delector. aris. quod est deponens. et omnia
composita retinent lacto. sed sunt
preter delecto et oblecto quod mutat a in
e. Item nota quod lactare quandoque per
pe est tractum ab infantibus qui
multotiens per lac decipi solet. Unde
Terentius in Andria. Lentos quasi ni-
techos quod est dei et leutotoe. i. al-
ba dea scilicet aurora vel ymo mater
palemonis. Et tunc triste et leuto
triste geminat aurea color mitre
mete candida vena

Levo. as. avi. coniungitur est
levare. i. sublevare vel leve
facere. quasi conservare. et levare
i. planare. sed dicunt in hoc quod
in prima sit leve. as. tercia prima in
secunda sit per planare producat sicut manu
Unde Oratius Nimis aspera solo levabit
cultu. Et a levo secundum utramque sententiam
levo tio. et hec levamen. et hec leva-
torium cum quo levatur vel planatur
aliquid. et hoc et hec levis et hoc leve et
pro agili et pro plano et non ponderoso
scilicet qui pilis et asperitate caret. Unde
Iu. Sed podice levi scindunt ti-
mitte medico ridente marisce. et
est ibi dictio in tertia et penultima. Unde Lu-
canus. Planum levis pro lenitate
levis. Et secundum utramque sententiam et comparatur.
Unde levitas plus unius pueri adverbium.
et hec levitas. atis. a levis pro plano.
levigo. as. i. aplanare vel impedire
leve. i. planum facere. et videtur esse compositum a
levis et ago. ... sed potius est ethimologia. levi-

go. i. leve ago. quod componitur cum suo unde
levigatus. a. um. i. planatus. Unde id
efficit artifex de lignis levigatis. et
hec leviga quod est instrumentum levigandi
quod planatorium vocatur. Item a levis
pro non ponderoso hec levidensis vestis
sic dicta quia raro filo et leviter densata
sit. et videtur esse compositum a levis et densus.
Et levio. as. levem facere ponderare pondus
auferre vel diminuere. Et componitur levio alle-
vio. as. collevio. as. et est activum cum
omnibus suis compositis. Item a levis hic
lepus. oris. quasi levipes quia levis habeat
pedes et velociter currat. et est ethimologia.
Unde hic lepusculus. li. dim. et leporinus.
a. um. et leporinus. a. um. Unde leporia dicitur
quedam uvis que cito ad maturitatem
tendit. et hic lepos. ris. dulcedo et suavi-
tas in verbis. quia leporina caro suavis
est. et lepidus. a. um. sale sapie conditus
suavis urbanus dulcis mollis et comparatur
lepidior. issimus. Unde lepide. dim. suavitas
adverbium. et hic lepiditas et lepidulus. a. um.
aliquantulum lepidus. et lepida. de eiusdem
antiquorum patrum imagines. Unde
Iuvenalis Si quorum lepidis male
vivitur. pro cum et hic in alio sensu accipi-
tur lepidus. componitur illepidus. a. um. i. insua-
vis insipidus. Terentius Ubi sine
cum donis tuis tam illepidis. Item
a levo. as. hec leva. e. i. sinistra quia
apta est ad levandum et portandum
aliquid. ipsa enim portat clipeum et
ensem dextra ut dextra expedita sit ad
agendum aliquid. et inde levus. a. um.
i. sinister vel malus et perversus. Unde
hec leviz leviri. i. frater mariti vel
uxoris quasi levus vir. ex quibus videtur
esse compositum. leva componitur cum versum
et levorsum adverbium. i. versus sinistram
partem quod et sinistrorsum dicitur.
Item a levo hec levita quia vitam
aliorum debent levare. sed potius dicitur
a levi ut supra diximus. et hec
levia. e. quedam mensura terre que
quingentis passibus finitur. et hec
ligo. onis. i. marra quia levis quod levat
terram. Unde ligonizo. as. marrare
ligone vertere. Levo. as. secundum utramque
significationem componitur allevo. as. collevo.
as. elevo. as. relevo. as. sublevo. as.

et est actiuum cum omnibus suis compositis
et producit le in vna significatione sed in alia
eam corripit sicut iam supra dictum est
Lembus nauis pusilla Lembus interpretatur
pulsatus vel sinus et inde barbaralexis
et alia iam supra tacta Lia interpretatur
laboriosa vel quasi laborans plures enim dolores
quam rachel fecunditate pariendi experta
est

Libero as vnde valia cor. cor. tri. cio.
et liber a um qui non subiacet iugo
seruitutis et comparatur rior. rimus vnde
libere rius rime aduerbium et hec libertas
tatis et hic et hec liberalis et hoc le
largus humanus benignus qui libenter
donat et non murmurat et comparatur liberalior
ssimus vnde liberaliter lius ssime aduerbium et
hec liberalitas i. largitas humanitas
benignitas et pro libertate inuenitur sed proprie
libertas conditionis liberalitas vero benignitatis
et largitatis Item liberalis et le dicitur
quod pertinet ad liberum vnde quedam artes
dicuntur liberales quia non nisi liberis
licebat eas addiscere vel quia volunt liberum
ab omni cura et solicitudine vnde pauperes
studere non possunt quia non sunt liberi ab
omni cura propter defectum rerum temporalium
vel dicuntur liberales quia liberant animum
a cura temporalium et viciis liberalis
componitur illiberalis i. non liberalis vnde
terencius in adelphis Decrum a illiberale
ignores te et compositum Item a libero as
hic liber qui in quadam inuenitur significationibus
sicut isti versus distinguuntur liber idest
codex vel raptus ab arbore cortex liber
i. bachus vel vir sine compede natus
Sed diuina est in glosa liber pro baccho
vel ingenuo facit genitiuum liberi pro
cortice vel codice liber bri. liber beri
dicitur filius ingenuus quia ex libero
matrimonio sit ortus nam filii ex
libero et ancilla orti seruilis sunt
conditionis semper enim qui nascitur deteriorem
statum parentis sequitur liber
beri dicitur bachus quia liberat homines
a curis vel quia mares in coeundo
per eius beneficium emissis seminibus
liberentur Idem liber muliebri et
delicato corpore pingitur quia dicunt
mulieres ei attribuisse vinum propter excitandam
libidinem vnde et frons eius
pampino cingitur sed ideo coronam

vitream et cornua habet quia cum grate
et moderate vinum bibitur leticiam prestat
cum vltra modum excitat lites et quasi
cornua addit vnde illud bis est cum venere
in baccho sed vincta voluptas liber bri
est interior tunica vel pars corticis que
ligno adheret a libero as quia liberat
et defendit internus lignum vel quia interior
ille cortex defenditur ab exteriori vel dicitur
liber a liberato cortice i. ablato est enim
quoddam medium inter lignum et corticem
et inde liber dicitur in quo legimus quia ante
vsum carte vel membrane de libris
arborum fiebant volumina et compa
ginabantur vnde et scriptores a libris arborum
librarii vocantur et idem dicti sunt biblio:
pole et antiquarii sed librarii sunt qui
noua et vetera scribunt antiquarii qui
tantum vetera vnde et sic dicti sunt vel dicitur
liber a libertate legentium quia olim solis
liberis studium legendi dabatur quod autem dicitur
liber i. liuarium verbo dignum est no
tempore vnde et librarius a um et hic
librarius scriptor librorum et hoc libra
rium i. armarium et hic libellus li. di.
vnde hic libellulus li. diminutiuum et hoc
libellum li. Item a liber vel libero
hic libertus ti qui ex seruo factus est liber quia
liberatus a iugo seruitutis vnde hec liberta te
que de ancilla facta est libera et hic libertinus
ni filius liberti et hec libertina ne filia liberti
que de liberto nata vel nata et libertinus a um
ad libertum pertinens libertus vel liberta componitur
collibertus vel colliberta qui vel que cum alio
est libertus vel fit libera est ergo ordo sicut li
bertus qui de seruo fit liber vnde collibertus et
manumissus libertus filius liberti liberti filius
libertinus simpliciter igitur liber sed in legibus hoc reperitur
quod manumissus libertus collibertus libertinus
Item a liber eri pro baccho libo as aui sacri
ficare fundere et proprie talis liberat libare
proprie erat quod patrius meos plenas aris in
fundebat nam libare proprie est fundere vnde pane
immolamus talis libamus et est sumitur a li
bero as quia vsum vite inuenit et libare pro
parumper degustare contingere vnde hoc libamen
nis sacrificium vel cibus et libatorium locus vbi
sacrificatur et hic libasius sii i. bachus et libatus a
um i. sacrificatus vel parum degustatus et quod
illibatus a um i. intactus Item a libo as quod
est libamus in modo fenicum altissimus deus sic
etiam dictus quod colligitur ibi vnde fit libatio

Et q^a tum anti et anti libanum ini s[cilicet] ca
pars libani uel sup libanum que orientale
plagam respicit quam sit libanus. Item a libo
est libamen in panis ymolatiuusque s[cilicet] quem
sacrificat uel offerre alio nomine di[citu]r placen-
ta gallice gastel. libo componitur
collibo collibas id est simul liba-
re delibo delibas id est sacrifi-
care ymolare consummere. vel
parumper degustare contin-
gere. Incipit Prelibo as

Prelibo as pregustare praelingere uel ante
sacrificare. relibo as iterum sacrificare
libo as actiuum est cum omnibus suis compositis
et producit hanc sillabam li. Item a liber libra
liberam hec libra e et proprie duodecim uncias
et in habet perfecti ponderis genus quia
constat tot uncias quot mensibus annus
et libra quia sit libera et uincta nec se
pondera productoria vel minora concludat
unde hec libella e parua libra. et librarius
a um quod pertinet ad libram et hic librarius
et hec libraria qui uel que tenet libram
qui aliter dicitur libripens dis quia de manu
eius pendeat libra uel quia libram portet
sustineat [illegible] Venius qui libram tenet
appellatur libripens. Et componitur a libra et
pendeo uel pendo. Item librarius uel
libraria dicitur seruus uel ancilla quia
ad libram i. ad mensuram cibum accipiat.
Item librarius uel libraria scriptor uel scriptrix
qui uel que scribit librum. Item a libra
libro as i. ponderare vibrare equare. unde
libramentum ti i. equamentum et hec libri-
lla le bacillus cum corrigia plumbata ad
librandum cum canes. Et libella dicitur
instrumentum librandi i. proiciendi la-
pides in castra sicut mangonellus unde librillo
as cum tali instrumento proicere uel pertu-
rbare uel infestare. Item a libro hec libellium
hi flos quidam quia crescendo alto sursum
libratur unde plautus En rosa tu crocum
et casia es tu libellum. Item a libro hec
liburnia e quedam regio cuius homines
agiles sunt et ad currendum abiles et
veloces unde liburnus a um gentile. uel quia
liburni veloces sunt ideo prima uniuersita
et abilis ad currendum dicitur hec liburna
e unde oratius Ibis liburnis inter alta

et liburnus huius quia liburni sunt adeo
veloces et agiles ideo ab illis dicitur hec
liburnus quoddam genus currus velo-
cissimum unde Iuuenalis Dinco et ingra
dient super ora liburno. Et eadem ratione
ab illis hec liburna in prora uel dissor
unde idem Iuuenalis Primo clamare
liburno. libero componitur collibero as i.
simul librare unde hec collibrum bri seng
pecunie uel tota pecunia simul colli-
brata uel librata cum libra. libero actiuum
est cum omnibus suis compositis. libra componitur
hic et hec bilibris et hoc bre i. duare
librarum uel mensura sit et trilibris
et quadrilibris dicitur unde plautus in
aularia Aulam quadrilibrem auro
sunsticum esse hec. Et uide quia libra di-
uiginti solidorum quia tam ponderat. Item
libra dicitur quoddam signum in celo
quod sol intrat in septembri. Et libra
quia tunc dies et noctes equantur.
libero quasi collibero as i. simul librare
delibero as existimare cogitare de-
cernere quam Item decimum eligere
quasi de multis aliquid libere statuere.
libero actiuum est cum omnibus compositis

Libet ea bui bitu olim erat
in usu sed nunc non est in usu
nisi libet impersonale ab eo dicitur
tum unde libens tum nam
unde libenter et compar. cior ssime. unde
libenter cuius ssime. ad Vij hec
libencia e unde Macrob. de Saturn.
Cum libentie que quia conuiuiorum omnis
cognite sunt. Item a libet hec libi-
do is voluntas uel luxuria siue lu-
xuriosa voluntas. unde libidinosus
a um voluntarius uel luxuriosus quia
facit quod libet. Vel sit dicta a libed
qui puellam corpore pingit. unde et
libidines a u et hec lumbus bi dicitur
a libidine quia in viris causa corporee
voluptatis in quibus sedes est sicut in
umbilicis in feminis. unde hec lumbu-
lus li dimiunitiuum. Et hec lumbare ris et hoc
lumbar ris in mancie [illegible]
i. cingulum circa lumbos quia lumbis
religatur uel quia lumbis inherat
et idem dicitur capitale brachiale et
venale sed proprie venale est quod in
renibus alligatur sicut ventrale
circa ventrem cingulum. Item a

lumbus hic lumbaterium idem quod lumbare
et hec lumbago ginis .i. lumborum debilitas
Lumbus quoque hic et hec delumbis et hoc -be
.i. debilis quasi decorsum a lumbis idest a
fortitudine / et delumbis -be .i. debilis quasi extra
lumbos .i. extra fortitudinem / unde persius Summa
delumbe saliva hic natat in labris
Componitur et hic lumbifragium .i. fractio
lumborum / unde plautus in amphitrione
lumbifragium hinc afferre si me irritaveris
Item a libet vel libido libitina .e dea
libidinis quod est pro morte et pro feretro
accipitur quia non libet / unde oratius in odis
multaque pars mea vitabit libitinam
Item a libet libitus .a .um et componitur
illibitus .a .um .i. non libitus / et quandoque libitus
-tus et hic libitum -ti / et libesco scilicet inchoativum
Et nota quod antiqui dicebant lubet
et lubesco pro libet et libesco / unde et nos
utimur composito allubet et allubesco idest
obedire vel consentire / unde Marcianus capella
tum sibilante incutiens tamburorum ta-
pulis allubescat / et inde hec allubescentia
.e vel allubentia .e .i. obedientia vel
consensus / et in eodem sensu invenitur allibeo
vel allibet allibesco / Item componitur
libeo vel libet collibeo vel collibet idest
simul libere / unde hoc collibium -bii idest
parvum munusculum vel fenus ut pomum
nucis / quod et bellarium dicitur et interpo-
metrum / et dicitur a collibet quia simul cum
aliis placet / post carnium fercula solent
fructus diligi pro se non tantum et
collibista .e dicitur qui recipit collibia
et huiusmodi munuscula pro usura vel
aliquo fenore / Item collibere .i. obedire vel
consentire / unde collibesco et hec collibe-
ntia .e .i. obedientia vel consensus et idem est
hec collibescentia / perlibeo vel perlibet .i.
perfecte libere / libeo cum omnibus suis compositis
neutrum est / libet impersonale similiter / Omne compositum
impersonale neutrum genus est et specialiter dominatur
et nullum nisi nullus persone et coniugationis
cuius est unum a quo descendit
Item libet et libeo cum suis compositis
corripiunt hanc sillabam li / et libia .e
filia fuit epaphi que regnum libie
possedit et eius nomine terra illa dicta
est libia / et hinc libicus .a .um / et hic libs
vel libis -bis .i. libicus / et libicus ventus
fluvius a libia qui aliter dicitur affricus

et hec libistis -dis .i. libica et libisticus
.a .um .i. libicus / et libinus .a .um idest libicus
et hii et hec libies indeclinabile quidam populi
libie primitivi / unde Salustius / Affricam in
initio habuere getuli et libies / et hec la-
biana .e quoddam genus carte sic dicta
ob honorem libie / et libianus .a .um idest
libicus

Licos grece latine dicitur lupus ab avi-
ditate et rapacitate quia rabie
rapacitatis que inveniunt trucidant
et inde hic linx -cis et hic lincea
-te pro eodem animali quod vulgo dicitur
lupus cervarius / et dicitur a licos quia in luporum
genere numeratur / et est eis similis / et dicitur linx
oculos habet tam acutos ut etiam visu
parietes penetret / et hinc linceus .a .um
unde oratius Non possis oculo quantum
contendere linceus et hic linceus -ci dictus
fuit quidam oculos habens tam claros
quod etiam in Sicilia vidit naves exeuntes
de Affrica / Item a linx hic ligurius -rii
quidam lapis preciosus qui fit ex urina
lincis tempore indurata et hec lincea
.e dea bestiarum / et intelligitur hec dea
splendor vel vivacitas visus / unde Marcianus
Capella Rime lirea silvestris / Dicitur autem
hec magis dea bestiarum quam hominum
quia acutius vident bruta animalia
quam homines / unde nocturnis hinc sui visus
temperamentum quia tunc aliqua inveniunt
obstacula de die autem quod nulla fere inveniunt
feris nil vident / Item a licos hic liceus
-ci quidam mons arabie dictus sic ab
habundantia luporum / vel quia pastores ibi colunt
quod arceat lupos a pecoribus / et hic liceus
-ei alius mons similiter ab habundantia luporum
unde Marcianus capella atrium in elicona delon
liceum quoque secretum / et hic liceus .a .um
et licius .a .um / Item a licos hic lupus predo
dicitur apud nos / vel dicitur lupus quasi leopos
quia quasi leoni ita sit illi virtus in pedibus
unde et quicquid pede presserit non vivit
et hinc hic lupillus -li diminutivum / et lupinus .a .um
et hic lupinus -ni quoddam genus leguminis quod
in sonitu suo lupos terret / cum enim lupus
lupinos intrat ipsi folliculi sonant et ita
ille terretur / unde hic lupinetum -ti et hic lu-
pinarium -rii scilicet locus ubi lupini habundant
Item a lupus hec lupa .e uxor lupi et
etiam meretrix dicitur lupa propter similitudinem
rapacitatis / unde romulus et remus quia
nutriti sunt ab acca meretrice dicti sunt
nutriti a lupa / et inde hoc venit hoc

lupanar .i. prostibulum scilicet domus
meretricum Item a lupus hic lupatus
.ti quoddam genus asperrimum frenorum
factum ad modum dentium luporum qui
inequales sunt similiter et lupatum inequale
est et unde grauiter mordet Alii dicunt
quod lupatum est mollicellus ipsique freni
iuncturam ex lupus et lupatum quod undique
circuit et placide duces accipit oues
lupos Item a lupus per hic lupus piscis
dicitur a similitudine lupi quia improba uora
citate alios persequitur nam lupum auidi
tas appellauit ut dicitur Lupus etiam
dicitur ferreus uncus qui et canicula dicitur
eo quod si quid in puteum deciderit ra
pit et extrahit Item a lupus hic lupalis
et hec luparia scilicet canis qui lupos persequitur
et ad hoc officium est primus Lupus
componitur cum arceo et dicitur hic lupercus
.i. pan uel sacerdos panis et luperci
qui lupos arcent a pecoribus quia pan
deus est pastorum et lupos arcet a pe
coribus unde hoc lupercal lis festum
uel templum panis uel fossa pastoralis uel
ludorum in luto quod teatrum factum qui autem
dicitur lupercus qui lucum colens [illegible]
est Item licus compositum cum canis quod est
canis et dicitur hic licisius et hec licisca ce
ut ait plinius licisce uel licisa dicuntur
canes nati ex lupis et canibus cum forte
inter se coniscerint

Liceo es ui. cere licitum esse cuius ad
est licere .i. esse licitum in hac significatione
raro inuenitur modo personale Plautus
ut ponit omnia licent si non omnia
appareant et licereque omnia dum liceant
uel esse rerum si impleatur ab eo deriuatur
scilicet licet est in frequenti usu liceo ces ui
.i. extimari apparere et est a preceo as acti
uum ut licencius possimus loqui Item inde
liceor ceris deponens liceo quod et liceor significant
sicut contrarias suis uerbis quia licet
in actiua uoce sit et passionem ab alio
illatam .i. apparere unde et construitur cum ablatiuo
imposita a uel ab per modum ad modum passiui
Item liceor ceris licitus sum sicut actiue hic
in passiua uoce .i. apreciari unde construitur
cum accusatiuo ad modum actiuorum Item utrumque
construitur cum genitiuo et ablatiuo designante precium
ut liceo a te tribus obulis uel trium obulorum
unde oratius Nunquam magis pluris licuisse et
liceor tribus uel trium obulorum unde persius

et centum grecos curto centusse liceri
cum genitiuo uel ablatiuo precium designante
construitur predicta uerba utrumque uel ista
uerba ad precium pertinencia uidentur
et in eodem sensu construuntur cum genitiuo
et ablatiuo precium designatiuo ut emi
istum equum duobus denariis uel
duorum denariorum unde ad intelligenciam
precium istum per unden albus et quod
ut quanti constitit hec cappa uno
denario uel quanto emisti istud equum
centum solidorum quod autem genitiuus competenter
iungatur ad genitiuum uel ablatiuus ad ablatiuum
non est questio Item si uelis dicere
sesquialterum denarium et dimidium uel
duos et dimidium et deinceps sic dicas
sesquialterum dimidium denarium .i. unum et
dimidium sesquitertium dimidium denarium
.i. duos et dimidium quartum dimidium
denarium .i. tres et dimidium et deinceps
et est sensus sesquialterum dimidium denarium
.i. unum et alterum scilicet non totum alterum
unius medium alterum cum semper est de
duobus dictum Item sesquitertium dimidium
denarium .i. sesquitertium denarium quod primum
et unum et tercium scilicet non totum tercium unius
dimidium .i. duos et dimidium et cetera inde
et similiter conformatur et in solidis et in
libris et in marcis et sic de aliis inde genitiuo
et ablatiuo sic super dictum est quod emi
istum ex alio dimidio denario uel
alterius dimidii denarii Item a liceo
uel licet hoc esse licitum licens tis unde
licenter et hec licencia .e. (?) quandoque
licencia abusio et iniusticia dicitur aliquis
de concessione communi uel aliquo fit
quod non debet uel contra ordinem unde
licenciosus quandoque et dicitur aliquis contempnens
productus uel ponitur conceptus et cetera
Item licencia dicitur quecunque quiuis
Item licencia dicitur concessio quod uulgo
dicitur conmiatu unde licencio as actiuum
est .i. uulgo conmiatare Item a licentia
licenciosus sa sum .i. lasciuus uel cui omnia
licent licens scilicet quod non oportet
Item a liceo uel licet licitus .a. .um quod
tempore elicitus a. um Item a liceor ceris
licitor aris .i. apparere uel addere sine
minime precium rei que uenditur
ut si quis dicat se uelle dare pro re
aliqua decem solidos et alius supponit

dicat et ego dabo novem vel undecim
vel si unus dicat iste equus equivalet
decem solidis et alius dicat immo valet
novem vel undecim et ponitur quoque licitari
pro simulare vendere unde Ambrosius super
epistolam [illegible] illud intemperantie sunt
ut prompto in libidinem vitio fornicam
suam venalem faceret et pulchritudinem
licitaretur. unde licitator et licitatio. Proprie
licitatio est quando aliquid venditur
et emptores super se augmentum vel
diminutionem faciunt, vel sponsio vel promissio
unde et hec licitatio dicitur sponsio vel
promissio sed proprie predicto modo facta.
Liceor componitur cum per vel post et
polliceor ceris pollicitus sum i. promittere
sed pollicemur sponte promittimus rogati
Item pollicemur scripto promittimus verbo
et a polliceor pollicitor aris frequentativum
i. frequenter polliceri. Item licet componitur
cum scire vel videre et scilicet i. scire licet
et videlicet i. videre licet et sunt adverbia
affirmandi vel confirmandi vel exponendi
et licet in omni sua forma cum suis compositis est
neutrum, liceor vero deponens et omnia
corripiunt hanc sillabam li. Item licet et
licebit quoque ponitur pro quamvis adversativa
sed pro quamvis nam tamen est [illegible] quia licet
vel licebit sit coniunctio sed tamen verbum. Hec
licia e est regio unde licius a um per ce
concepta unde Statius eplay [illegible]
[illegible] fecerat Chastum. Antequam tamen quoque
poetica licentia penultimam istius nominis
produxerunt unde Statius in decima
Templa licie dabis tot divitia dona
[illegible]

Licio. as. avi vel licio cis licitum vel
licitum non est in usu i. texere
unde hic licium cii filum innodatum
tele per quod stamen trahitur
et licitur unde hic liciatorium rij in
quo licium involvitur et hic laqueus ci
quia de filo solet fieri unde hic laqueo-
lus li diminutivum et componitur hic laqueacasma
tis i. tendicula et laqueacasmus hic
laqueus tensus et hoc laqueare ris
i. coniunctio trabium in summitate domus
vel laquearia sunt que super tigna
ponuntur et ipsa tigna illaqueant.
Item laquearia sunt que camerarum
subtegunt et ornant sed laquear

proprie testudo camere dicitur ad instar laquei
curvata facta quod et alio nomine dicitur
testudo et lacunar et inde hoc laquearium
rij illud quod laquear et laquearius a um
unde Josephus in viij° de ligneis celatis
operis laqueario auro et veste. Item
a laqueus laqueo as i. laqueo capere
vel ligare unde laqueator oris et dicitur
genus officium ludendi. erat enim laque-
atorum pugna fugientes in ludo homines
iniectoque laqueo impeditos consecutos
prosternere amictos umbone pelli-
cio. Laqueo componitur allaqueo as
collaqueo as delaqueo as i. solvere laque-
are vel solvere, elaqueo as in eodem sensu
illaqueo as oblaqueo as undique laque-
are vel oblaqueare est circa radicem
terram aperire et velud lacus efficere
hic quidam grammatici dicunt. laqueo
mathesis. Unde mathematicus -a -um
i. doctrinalis quadruvialis et hec
mathematica -ce i. quadruvium
quasi doctrinalis scientia vel quia per illam
venitur ad theologiam que est doctrina
doctrinarum scientia scientiarum / vel quia maior
doctrina sit in mathematica quam
in aliis quia cum in aliis artibus
solo sermone sit doctrina in hac ad
visum sit quia quod verbo dicitur et con
firmatur sub oculis ostenditur / vel dicitur

doctrinalis quia circa posteriora consistit
quia ibi fit doctrina de corporibus per
ea que circa corpora sunt Unde mathe
matica dat initium phisica prosequitur
theologia consummat imperfectum Mato
vel mathesis tempus omni tenuem quod
est punctus quo circumquoque volumine
et hec matesis tenuem i. disciplina
vel doctrinalis punctus circuli Mathusalen
interpretatur mortuus est et est evidens
clarissimus nominis quidam enim eum
cum patre translatum fuisse et dilu
vium preterisse putaverunt ob hoc
signanter infertur mortuus ut ostende
retur non vixisse post diluvium sed in
eodem cataclismo fuisse defunctum
solis enim octo hominibus in archa post
diluvium evaserunt Matheus in
hebreo donatus exprimitur idem et
appellatur levi a tribu a qua ortus
est in latino autem ex opere publicani
nomen accepit quia ex publicanis fuit
electus et in apostolatum translatus
Mathias qui inter apostolos sine
cognomento solus habetur interpretatur
donatus ut subaudiatur pro iudea
iste enim in locum eius electus est
ab apostolis cum pro duobus sortes
mitterentur Mattus i. tristis vel fatuus
Mauron grece latine dicitur
nigrum Unde maurus a um
dictus est quidam populus qui
niger est et estifero quodam
calore afflati speciem atri coloris
trahunt et inde hec mauritania e
terra quam possederunt et hic mau
ritanius a um et maurus a um quo
niam ibi dicta terra sine sit niger
sive non Prima provincia mau
ritanie mauritania sitifensis est
que sitifi habuit oppidum a quo
et nomen traxisse regio perhibetur mau
ritania vero cesariensis colonie ce
sarie civitas fuit et nomen provincie
fecit utque ex eadem mauritania
tingitania a tingi metropolitana
huius provincie civitate vocata est vel
maurus dictus est a medis quasi medus
Medi enim in affricam transfretaverunt
et sunt mixti cum libicis quorum nomen
libices paulatim corrumpente barbara
lingua mauros pro medis appella
verunt Item a mauron hec morus
ri quia eius fructus sit niger Unde
morum fructus eius Hanc latini
rubum appellant quia fructus eius
vel virgultum rubeat Morus grece
enim sicomoros et hec sicomorus
quia folijs sit similis moro Hanc
arborem latini celsum appellant ab
altitudine quia non est brevis ut morus
Unde hec sicomorum et hec celsum
pro fructu illius Item a mauron
et dya quod est de dicitur per compositionem hoc
dyamoron genus medicamenti
a succo mori dictum ex quo conficitur
sicut dyacodion quod ex codia id est
papavere fit et sic diasparmaton
quod ex seminibus componitur Item a mauron
vel maurus hec maurusia e quedam
terra que est mauritania Unde mauri
sius a um Hic mausoleus rex fuit
cuius uxor cui mirum fuit constructum
sepulcrum et ideo ab eius nomine
hec mausoleum dicitur est sepulcrum
vel monumentum et pone regum M
axilla civitas affrice non longe
ab atlante Unde maxillus a um quod
nos corrupte massilus vel massilus
dicimus Unde virgilius hec in massile
gentis monstrata sacerdos Mecomitis
gemma est que papaveri exprimit
Mechor ari mechatus sum i.
adulterari et largius interpretatum
cum celebrat omnis carnalis cogi
tatio que subtrahit mentem a
deo et omnis libidinosa quamquam
et omnis adulterina actio et omnis
illicita cupiditas ut dicit mechatio
Unde hic mechus adulter et hec me
cha adultera et mecha eo avi
adulterari a um et hec mechania
a um i. adulterium quamvis alter dicitur
mechania quam adulterium respectu
liberalium operum removet de
statu et confert commoditatem Unde
hec mechania e scientia humanorum operum
necessitatibus corporis obsequium Item a me
chus hec mechia e i. adulterium Me
chor quod commechor aris et est depo
nens sive quod
Medius a um inde medietas
atis et mediocris cre cri
medium est quod sufficit
quasi qui excedit non est ultra
vel citra sed in medio i. in virtute consistit
Unde mediocre et hec mediocritas Item me
diocriculus a um i. aliquantulum me
diocris secundum ticio Paucos homines medio
criculum exitum vbi quod in ille a
medius medium a um i. medius
et hec medulla le quia in medio sit quod alii
dicunt medulla quia in medio latet vel medulla

q madefaciet ossa eius sicut vnde
medullitus aduerbium loci / et medullinus
a um ad medullam pertinens vel de
medulla existens / similiter / Medullinę
frittum tirsantis adorat / sed hec medul
lina a pronom nomine est cuiusdam femine
Item a medius medioximus a um quod
est inter medium et extremum ut due
tabules zone que sunt inter extremas et
torridas et media est · medioxime sunt
et dei qui sunt inter aereos et terrestres
vel inter aereos et celestes medioximi
sunt vnde plautus in cistellaria / et
ita medii quia dee et superi inferi et medi
oximi / et varro / tales · quos greci demo
nes latini medioximos vocant /
Et mediaritus a um · in medio statutus
et artatus / et est compositum a medius et arceo sed
mar · Mediaritus per antipodam (?) sincerę
tibi duplis / Item a medius medio · as
· i · in medium locare vel per medium dim
dere / vel medietatem auferre / vel coniungere et
pacificare / vnde mediator dicitur qui coniungit
et inter aliquos est medius ut eos coniungat
et pacificat / vnde illud xpistus dicitur mediator dei
et hominum quia inter deum et hominem sit medius
constitutus ut homines ad deum perduceret
vnde et illum greci mesiten vocant / sed
medius est qui dimidiat et sequestrat / et quasi
dimidiatio / ab per medium diuidere vel
medietatem auferre / et est actiuum et de
sine quarta / Item medius quasi dimidius · a · um ·
vnde dimidietas atis / et mediastinus · a · um ·
in medio stans vel medium tenens / Item me
diastinus a · um · i · in medio cuiuslibet pertinens / et
tunc quasi a medius et a stirps quod est ciuitas
vnde Oracius in epistulis / Tu mediastinus ta
cita prece rura petebas / Item mediasti
dicitur balneator idem et mediustinus quia in
media positione positus / Item quedam ciuitas latina et
dicitur mediolanum quia sub medio lanea fuit
ibi inuenta in eius edificatione / et fuit
factum mediolanum a gallis olim
illuc venientibus expulsis indigenis
vnde mediolanensis sis / Item medius quasi tu
tollo · lis · quarte dicitur meditullium · i · medi
etas scilicet id quod in medio est ut in ouo
vitellus / et quicquid eminet in medio dicitur me
ditullium ut eminens locus in medio
campo dicitur meditullium / et quod eminet
in medio rote dicitur meditullium / Item quasi ad
fidus / dicitur medinsfidius aduerbium iurandi ·
per meritum qui mediator est et fidei magister
inter deum et hominem / vel medinsfidius quasi a medi
anus et fide quasi mediante fide vnde salustius

Item quedam mina vel emina / et hec medi
mnus quasi media mina vel mensura quinque mo
diorum dicta quia mediet quinque modios
qui sunt pars tertia medie / Media et
persida a regibus medo et perso dicte sunt qui
eas prouincias bellando aggressi sunt
et a media medus a um et medicus a um
et hec medica ce · quoddam genus leguminis dicta
sic quia a medis translata est in greciam tempore
quo cum xerses rex persarum inuasit
et hec semel serit et decem annis perma
net vel tribus / et quater vel sexies per annum
potest recidi / et hec herba abundat in vene
tia / et est cum foliorum trifolii virens / quod
dicunt esse sicilicum (?) legumine quod vulgo dicitur
sargina vel trifolium vnde vergilius / Item
medica est quedam arbor prius asportata a
medis vnde et dicta est / hanc greci cedrome
lam / latini citrinum vel citram vocant
quia eius folia et poma cedri odorem
redoleant / malum eius inimicum vene
nis / et hec est quod vergilius intelligi voluit
cum tradat ex eo fomenta animae / hec arbor
pene omni tempore plena est pomis partim
maturatis partim acerbis partim adhuc
in flore positis quod in aliis arboribus
mirum est / et dicitur quasi cerua hec arbor est
citrus ut apuleius dicit negat / Medo · onis
ex aqua coctus et melle confectus idem et idro
mellum / Mesio · tura / Megera · e ·
est quedam furia infernalis et interpretatur magna
contentio / et hec est pirama (?) operatio
Megara oppidum sicilie vnde Mega
rensis se / et megale ciuitas in grecia
vnde megalensis se / Megistus · i · ma
ximus / et quidam cum tribus quod est ter et ter dicitur
trimegistus ti · i · trimaximus qui tres sa
pientias vel qui est in pietate clementia vnde
mercurius obtinuit et multarum artium
scientiam trimegistus · i · termaximus nota
bis est / Megis he faciet per minarum
Mellese greci leone dicunt aperte
vnde et quasi mel leo et inde quasi mel
talis dicitur · i · prope mel / et
melleus a um et mellinus
a um et mellitus a um / et hec mela
nites te lapis melleum et dulcem succum
emittens / et hec melos dicitur et melos is
i · dulcis cantus dulcis modulatio vnde hec melo
dia · e · et hoc melodiama atis in codex
sine / et melos vel melodia quasi mellea
oda · i · dulcis cantus / et vide ere corripit (?) et no
compositio / Item a melos melicus a um · i ·
dulcis vel dulciter sonans vel pertinens ad me
lodias vel quod consistit in melodiis vel
qui tractat de melodiis / et hic mellitus

tu. tu. p ecc. Mur. cu. Modulata sun
nitas mellito quod trepitabat apul
si. Et q' et emelitus .i. resultator Jesus
Sirs. sunt post emelitus qui agnu lu
dibria fit solus. Item a melos me
ditor aris q' melitum .i. modulum dul
ce. et quibus melodijs decantare. Vn
Virgilius silvestrem musam tenui me
ditaris avena. Item meditor .i. putare co
gitare deliberare. Vnde meditator et hec
meditatrix. unde meditatus a
um. Vnde va diu meditatus que de
signat meditationem. Et q' commeditor
premeditor. Vnde premeditatus et i
impremeditatus a um. Item a melos
et pono quod est fingo dicitur melopeus dul
cis sonus vel cantus fictor. Et melosonus
a um qui dulciter sonat. Item a mel
dicitur mellarium .i. vas in quo mel conservatur
vel in quo vinum ponitur vel ubi cellarium
natio de sal. Vas in quo vinum
conditum est mellarium nominatur. Et hic
melo lis vel melo onis vel melos
... quoddam animal scilicet taxus et dicitur quia
favos petit et assidue mella captat
Et sic a malon quod est rotundum quia
rotundissimo membro sit melo est
olim dictus et nunc usus. Et a melota
hec melotes tis. et hec melota te quedam
vestis de pilis vel de pelle illius animalis
facta a collo pendens usque ad lumbos
qua monachi utuntur. Et ista vestis est
utrique apta ad opus ...
et pera ut dicunt. Vnde circuierunt
in melotis et pellibus caprinis. Item
mel componitur cum oxi quod est acutum et dicitur
oximel vel hoc oximellum scilicet aceti et
mellis permixtio duas partes continens
aceti et tertiam mellis. Vnde talis confec-
tio dulcis acri et acutior. Et enim
cum mo quod est vinum et dicitur hoc inomellum
vini vel musti et mellis commixtio
et hoc idromel vel idromellum ex
aqua et melle confectio. Et componitur
mellicratum .i. ex vino et melle va
commixtio vel et mellifluus a um
fluens et abundans melle vel dulce
dine. Et mellificus cus. mel facere et
est neutrum. Et hic melchites quedam gemma
sic dicta quia venti pauimentum ...
tis stillat. Et hic ... melochites
gemma bicolor ex una parte viri-
dis et ex alia melli similis. Item a mel
hec mella. est quedam gemma latam vocant
quam vulgo ... Et colore fabasi ...

... dicitur arbor in est magnum fructum
ferens comestibilem de gustu dulce
... et mella dicitur est de quadam in laude
Baptiste dicitur. Et sunt mella dulce est
et hec mella le. quoddam flumen. Et q'
et hec amella le-
tum a quodam est iuxta et hec amella le
que est ea quasi iuxta mellam flumini cre
scit. cuius flos dicitur hec amellus. Vnde Virgilius
Cui fecere nomen amello. Item a mel hic
medo onis potio melle mixta quasi
meso id est medo quasi melos. quia ex mel
le fit sicut calamitas per cadamitas id est
a mulsum quasi melsum vel a multo
sit mulsum ex aqua cruda vel vino
medo ex aqua cocta. Melchisedech
interpretatur rex iustus. rex quia imperat et
iustus quia discernit sacramenta legis
et evangelii non pecudum victima
sed oblationem panis et calicis in sacri
ficium obtulit. Et hic quod heretici di
cunt melchisedechianam quia melchisedech
sacerdotem dei non hominem fuisse
sed virtutem dei esse arbitrantur. Melan
grece latine nigrum. Vnde hec melana quedam
vestis quia sit nigro colore. Et hec mela
ria quoddam piscis quia nigram habet cau
dam et pennas nigras. et in corpore
lineas nigras. Item a melan malus
a um quia nigrum sit et pessimum. et compa
anomale peior pessimus. Vnde male
peius pessime. Et hec malicia ce. Vnde
malitiosus a um. tetior malo quia
frequenter malus sit. et comparatur. Vnde hec ma
litiositas atis. Item a malus malignus
a um .i. malus ignis. et comparatur. Vnde ma
ligne magis sime adverbium. et hec mali
gnitas atis. et maligno as. maligne
facere vel potius malignum facere et
molestare. et in eodem sensu invenitur mali
gnor aris deponens. quod autem dicitur malignus
quasi male ignitus ethimologia est. Malus nec
male et malefacio cis. Vnde maleficus
a um. et hoc hic maleficium. Item
quod malefico fit et maledico cis. et ma
livolus a um et hic et hec et hoc malivo
lus et compa. Vnde malivolus
est. Item a peior peioro as .i. peiorem
facere et est activum. et hic malagma
atis quoddam medicamentum vel malagma
dicitur quia sine igne maceratur et conficitur.
Item a melan componitur malamum ... dicitur
atramentum et ... colera quod est
fel. et hec melancolia quia sit ex nigri
sanguinis fece admixta abundantia
fellis. Vnde melancolicus a um. quoddam
malencolia. Somnia melancolici

et conciliatores quinque refugium et
amicorum tacitorum suspecti sunt
Memini nisti. i. recor-
dari recolere memora-
re. et est defectivum in
presenti et forte a presenti vel
quod infinitum imperativum vel
memento et mementote. sed preteritum
et que formantur a preterito scilicet formationem
et legem presentis sequuntur omnia presentia
omnia preterita imperfecta et omnia fu-
tura per futurum coniunctivi. Item fora-
tionem et legem preteriti sequuntur omnia
preterita perfecta et omnia plusquamperfecta et
futurum coniunctivi. sed preteritum perfectum
istius verbi actum quidem in vi preteriti quidem
in vi presentis. Similiter plusquamperfectum
actum quidem in ipso preteriti plusquamperfecti
quidem in ipsius preteriti imperfecti. unde memini
quidem invenitur copulatum cum presenti et
memineram cum preterito imperfecto. et
similiter coniungitur in verbis aliis defectivis
unde quid dicit duo sunt eidem
nomini tempori meminique. que sunt
intendunt presentis preteritique. Et a memini
memoro as. unde et hic et hec memor
oris quod in memoria habet et qui tenet.
unde memoriter adverbium. et hec memoria
e. et est memoria firma comprehensio
formarum mora in mente. unde et quidam
volunt quod dicitur a mora. quod autem
dicitur memoria quod in mente mora et hec
e et hic memoriosus. a. um qui
bene est memorie. et hic et hec memo-
rialis. le. hoc est dignum memoria
vel quod reducit aliquis in memo-
riam. unde memorialiter adverbium. quod dicitur vel
dicitur vel fiunt aliquid scilicet in memo-
ria et non tradatur oblivioni. Me-
mor componitur immemor quod
oblitus est. Item memoro componitur
commemoro as. rememoro as.
et sunt activa. unde et depo-
nentia eodem modo scilicet memoror aris. comme-
moror rememoror. unde in psalmo
Et rememorati sunt quia deus adiu-
tor est eorum. Et nota quod memoramur
pauca commemoramus multa. Item
memoria preterita recolit. mens futura provi-
det. Cogitatio presentia complectitur.
Item memoriosus a. um qui in memoria
habet. Memor beneficii vel defensor
memor est. Item a memini hec

mens tis unde hec mentio onis et
mentior iris mentitus sum. i. contra mentem
ire et dicere. secundum aliter dicere quam in mente
existimare. sine unde dicitur sine scilicet
unde et dicendo verum potest quis mentiri
et adde scilicet potest non mentiri. Unde
inter mentiri et mendacium hoc interest
ut dicit Augustinus. cum mentitur ipse
non fallitur nec fallit quantum in se est
unde Augustinus aut vir bonus debet prestare
ne mentiatur vir prudens ne mendacium
dicat. ponitur tamen sepe mentiri pro falso
dicere et tunc hec deceptio et hec mendacium. et
qui mentem alterius fallat et dicitur
hoc mendacium et verum mendax di-
citur qui gratia et spe lucri vel voluntate
decipiendi mentitur. verumtamen quod sine causa
vel voluntate mentitur et comparatur mendacior
cissimus unde mendaciter. cius. ssime adverbium.
et mendaciolus a. um aliquantulum
mendax et hoc mendacium cii unde
mendaciolum li diminutivum. Item a menda
hec mendum et hec menda de. i. macula
maxime illa que solet esse in libris
nondum emendatis sed mendacium
in aliis rebus secundum papiam quia menda
cia vel culpa corporis. unde per compositionem
emendo as. i. corrigere quod mendum
deprimere et proiicere. Item a menda
mendus a. um. i. sordidus maculosus
unde emendo de remediis. Ante oculos
signa quecumque in corpore mendum est
et mendosus a. um maculosus sordidus
spurcus turpis in facie sed mendax
in verbis unde Oracius carmen vomat
aut tacet. unde mendose adverbium. idest
maculose turpiter mendaciter. Unde
Persius mendose colligit. Item Mens
componitur cum a quod est sine et dicitur
hic et hec et hoc amens tis. sed satius
quasi sine mente et comparatur cior. sicut cum amne
et vigilantissime. adverbium. et hec amentia e. et a
mente abs insanie vel procul insaniam
facere. Item cum de et dicitur demens tis quasi
deorsum a mente et comparatur cior. simus
unde dementer cius. ssime adverbium. et hec de-
mentia e. et demento as. i. furere vel
furiosum facere. et dementor aris deponentia
eodem modo. Item cum ve et dicitur ve-
hemens. i. furiosus quasi ve latens in mente
vel quasi a ve quod est sine in vehemens quasi
sine mente. Vel quasi a vehe is quasi qui
vehitur a mente. Aliqui vehemens dicunt

fortis ut cum dicitur aque sunt vehementes
et cum eum est fortior, et comparatur vehementius
simum. Unde vehementer, tius, sime adverbium. Et hec
vehementia, e, animi dementia. Me
mini, quod cum con et comminiscor, sceris,
commentus sum, id est commemorare ad me
moriam reducere, excogitare, adinve
nire, simulata fingere et componere. Et in
de per [illegible] imp[illegible] multis pluribus commenti
est plena studio vel doctrina in mente
excogitata in unum colligere. Et hoc commentum a
id est et hec commentatio, id est fictio mendacium
machinamentum inventio confictio, et ta[illegible] vel
sicut proprium commentum est plurimum studia
vel doctrina in mente excogitare in unum
colligere. Et secundum hoc quilibet liber et opus exposi
tio alicuius artis componitur dicitur commentum. Sed
in modo usu commentum dicitur liber expositorius
qui deservit expositioni sine textu libri et
non conservit omni litere contextum. Et secundum
quod sic diffinitur commentum est corpus sine corde
[illegible] non specialis sed similiter. Et hic comme
mentator a tor, id est expositor. Et hic comme
tulus, li, parvus commentator et commentalis
qui commenta componit vel scribit. Et hoc
commentarium, id est armarium ubi reponuntur
commenta. Et hec commentariola. Et hoc comme
tariolum dicitur. Item a commento commen
tior, aris, id est fictus fieri vel exponi vel
vel ad commentum pertinere. Et commentor, aris, id est
commentarius fieri vel mentiri, simulata vel
componere vel exponere vel fingere mentiri.
Et per contrarium reminiscor, ceris, id est iterum recorde
tur. Unde omnes hec commenta.
id est auguria. Unde in libro de cunte
[illegible] in premissis [illegible] in ore Drusi
sunt augur [illegible] commentandi venisset.
Item memini, quod cum re reminiscor, sceris,
recordari, ad memoriam reducere, recolere
a tercia persona, et supplet tempus preterita quod
caret preterito per [illegible]. Memere tristi
Memnon fuit filius aurore. Ex quo di
citur vir memnonius, a, um. Et
in troiano bello periit. Famille eius
quia in mutata sunt in aves, que ab eo
que sunt memnonides catervatim
de egipto ad illum volare dicuntur
in eius memoriam sepulture. Et
in eas aliene memnonides venit
quolibet anno ad eum veniunt et ad
sidus devolaverunt tria die [illegible]
pugna vicissim se unguibus et rostris
dilacerant. Menitare commentare

Mene defectus interpretatur apud Ebre
os. Et a luna dicitur mene quia si
gulis mensibus deficiat. Et a
mene quod est luna hic mensis
quia secundum lunationes olim menses fu
erunt distincti. Quod autem dicitur mensis quasi mene
sa[illegible] est et compositum menstruus, a, um, et di
et menstruus, a, um. Et menstruus,
a, um, in eodem sensu. Et hoc menstruum quod
solet evenire secundum menses vel circuitu
lune, sicut dolor capitis et profluvium
sanguinis mulieris, unde menstrua
sunt superfluus sanguis mulierum, dicta
a circuitu mensis vel lune quo solet
hoc evenire profluvium. Et hec muliebria
dicuntur, quia sola mulier animal menstru
ale est, cuius cruoris contactu fruges
non germinant, acescunt musta, mori
untur herbe, amittunt arbores fetus,
ferrum rubigo corrumpit, nigrescunt
era. Si qui canes inde ederint in
rabiem efferuntur. Etiam tenax in glu
tinum asfaltum, quod nec ferro nec aqua
dissolvitur, cruore ipso pollutum sponte
dispergitur. Unde hic et hec menstrualis, le, quod
patitur menstruum vel pertinet ad menstruum.
Et menstruosus, a, um, et menstruatus, a,
um, menstruis pollutus vel menstrua
patiens. Mensis componitur cum bi- et fit bime
stris, se, id est duorum mensium, quod aliter bi
menstris, stre dicitur. Oratius in odis: Crastinum
genium mero curabis et porco
bimestri. Similiter trimestris, se, et bimestris,
stre, quadrimestris, se, et quadrimestris,
stre. Unde trimensis dicitur quoddam genus cicer,
quia satum per tres menses colligitur. Item
triticum vel aliud tam matura
tur. Satio omissa est presidium ab [illegible]
petitur, quia cum necessitas cogit uno tempore se
minatur et celeriter colligitur quia per tres
menses. Item a mene quod est defectus. Hec
menas, adis, id est sacerdotissa Bachi, quia
deficiat a sensu. Et hec mensa, se, et est
pauperum dicta a defectu ciborum, sed
tabula est divitum quasi tenetabula quia
teneat multa. Vel mensa quasi mensurata,
quia mensuratim ibi res ministrantur. Vel mensa
quasi comesa a comedendo. Unde hec mensula dicitur.
Et hic et hec mensalis, le, ad mensam pertinens,
et hoc mensale, lis, id est mantile. Et hoc
mensorium quod est in mensa ut mantile et
vas escarum quasi ingestorium simul cum mensa.
Item a mene quod est luna vel defectus
hec mena est quidam piscis qui cum luna
crescit et decrescit. Et hic menalus, li, mons
archadie, sed in plurali est neutrum genus hec menala.

Dicitur menalis a um arcadicus. Mene quod est defectus quasi tenuis eu quod est bonum et hec eumenis dis id est furia infernalis que in bono deficit. Item a mene quod est permenia orum, scilicet hec iam superius dicitur. Menandriam quidam hereticorum dicti sunt a menandro quodam mundum non a deo sed ab angelis factum asserunt. Menon grece latine dicitur memola vel monimentum. Menedicon interpretatur sacerdos. Menia herba est foliis pastinace similis capitulum.

Meo as avi id est manare decurrere fluere. Inde hic meatus tus et meabilis le. Et hic meandrus dri vel meander dri id est flexuositas cuiuslibet amnis quod per tortuosi vel gradiatur quocumque pro qualibet tortuositate. Unde Marcianus Capella in libro de nuptiis Mercurii et Philologie: tortuose fraudes quam mille per ymmorum meandros agitas concta corda. Et inde est dicitur meander vel meandrus quidam amnis Asie flexuosus sit dictus quia sit flexuosus et in girum circuat rectus. Item a meo as quasi meare ris quod meare quia semper est in motu. Et secundum Hugucionem mare proprie dicitur aquarum generalis collectio, omnis enim aquarum congregatio sive salse sive dulces abusive mare dicitur. Nix id est congregationes aquarum appellavit maria. Proprie mare dicitur cum aque amare sunt et dicitur mare quasi amare ab amaritudine vel a meo as quia perpetue super omnes alias aquas est in motu. Item dicitur equor pelagus fretum, occeanum, abyssus; causas istorum nominum in diversis locis istius operis invenies assignatas. Et a mare marinus a um et marinatus a um et maritimus a um quasi iuxta mare existens. Unde hec maritima e dicitur terra que iuxta mare est. Item a mare hec margarita te prima candidarum gemmarum quia in conchilis marinis hec gemma lapidum invenitur. Et hec mirtus ti vel tus quedam arbor que in littore maris abundat. Unde et a grecis mircene dicitur vel dicitur mirtus quia multum redoleat. Unde hoc mirtetum loca ubi mirtus crescit. Et mirteus a um de mirto existens vel ad mirtum pertinens. Et mirtuosus a um plena mirtis. Item a mare hec maria e dicta est mater domini propter claritatem. Unde et maria illuminatrix sive stella maris interpretatur quia genuit lumen mundi. Sermone autem siro maria domina interpretatur et pulcre quia dominum genuit. Et a maria et antidicos quidam heretici dicti sunt antidicomarite quia marie virginitati contradicunt. Mare componitur cum et et hec bimaris re id est duo maria vel inter duo maria existens. Item mare quasi circum girus ab et dicitur hic vel hec margo inis quasi mare girans id est littus maris vel dicitur margo quasi mare regens vel agens vel gerens. Translatum est quod nomen ut margo dicatur cuiuslibet littus et similiter generaliter extremitas vel extrema pars cuiuslibet rei. Unde margineus a um et hic et hec marginalis le quod pertinet ad marginem vel quod est in margine. Unde glose dicuntur marginales que sunt in marginibus libri ad differentiam interlinearium que sunt inter lineas textus. Meo componitur cum porta et dicitur hic pormeus ei id est porta ubi frequens meatus vel pormeus nauta qui per vadum vel portum portat homines ultra flumina quasi porta means. Unde Charon portitor animarum ultra paludem infernalem dicitur pormeus. Item Terencius quia nomissi horret pormica. Meo componitur commeo as id est simul meare. Unde commeatus tus id est simul meatus. Et commeatus dicitur expensa que est necessaria in itinere simul commeantibus. Et hic et hec comes itis id est socius scilicet comes proprie in itinere commeando, socius in periculo, collega in officio, consors in premio, sodalis in mensa. Hec distincta in diversis locis invenies. Et a comes hic comitulus et comitellus dicitur. Et comitor aris id est sequi aliquem vel ire. Unde hic comitatus tus id est societas vel comitatio. Item quasi circumeo as commeo as id est deorsum vel valde vel de uno loco ad aliud meare. Item permeo as, remeo as id est redire vel meare vel iterum meare. Et transmeo as ultra meare. Meo as neutrum est cum suis compositis.

Mergo gis si sum. Unde hic mergus gi quedam avis sic dicta ab assiduitate mergendi. Et hic merges itis garba segetis sive gremium et dicitur sic quia ligata mergitur in terram id est dicitur a gelima c a gemma et ligo, et manibus quia cum manu ligetur super gemma. Unde hec

Merga ge furca cum qua granorum portantur
Item a mergo gis hic mergus gi id est situla
cum qua aqua de puteo trahitur Et mer-
so as frequentativum a quo mersito as aliud frequentativum
Mergo componitur cum a et dicitur hec amurca
id est inferior fex olei quia ab oleo separatur et mer-
gitur inferius sicut amuria dicitur superior quia
sit quasi in medio olei et inde amurcosus
a um et comparatur unde hec amurcositas
Mergo quoque componitur demergo gis deorsum mergere
vel a mersione quasi a deorsum sublevare Emergo gis extra
mergere Immergo gis intus mergo
Summergo gis Mergo et eius composita
activa sunt licet sepe inveniantur in
absoluta et passiva significatione et omnia corripiunt
penultimam in preterito et supino in si

Meris id est divisio vel pars unde
meriste dicti sunt quidam heretici qui separant
scripturas et partiantur non credentes omnibus prophetis dicentes alios
et alios spiritibus prophetasse Et hoc
merum ri id est vinum et purum clarum et
bonum et a fece segregatum unde
merus a um id est purus clarus et manifestus
et comparatur rior simus unde merissime adverbium et hec meritas tis puritas
claritas et hec et hec merax acis id est purus
clarus defecatus et comparatur cior simus
Unde in Canticis legitur ut biberet
vinum meracissimum et inde meraciter
cius sime adverbium et hec meracitas puritas
claritas et hec meraca ce quedam potio
de vino ad viciatum cerebrum purgandum
Meracus a um id est purgatorius
Juvenalis Anticiras melior sorbere me-
racas Item a mer mergo meraculus
a um id est aliquantulum merax Et hic
meraculum li quedam potio de vino
facta idem quod meraca Item a merus
a um hic merulus et hec merula quia solus
vel sola volat quasi mera volans vel mera
vel quia mere canit vel merula quasi
modula quia modulatur unde et olim
modula dicebatur Et hic merulus a um
Item a mero a merus a um hec mer-
da de vel merda per contrarium quia non
sit mera vel dicitur a meris quod est divisio
vel pars quia secreta in digestione dicitur
ab eo quod incorporatur et per secessum
emittitur Oracius Merdis corvorum
caput inquinor albis et est turpia
derivata et merdula dicitur et merdosus
a um et comparatur unde hec merdo-
sitas tis Item a merda merdo as ani id est

merda inquinare stercorare et est activum
cum suis compositis Item a merda per compositionem
merdifer a um merdam ferens Item
a merus a um merosus a um id est me-
rosum diciumus vinum meracum potu
per excessum Merosus a um dicitur vinosus a
merum ri Item merus a um quasi cum
edendus tamen dum et dicitur hec merenda e
cibus qui in nona sumitur idem et ancenia
quasi merenda quasi mere edenda quia purus
panis tunc dabatur de consuetudine vel
quasi a meridie et edenda inde meren-
da quasi post meridiem edenda et inde hec
merendula diminutivum et merendo as men-
dam sumere quasi post meridiem est et est
tractum a nona quo tempore famuli
vocabantur ad cibos Meris quasi cu-
penta quod est quinque et meris quod est
semis id est dimidium et dicitur hec pentimeme-
ris id est media divisio vel mora post duos
pentameri quasi semiquinaria divisio
vel pars unde Beda dicit in dimetro ia-
bico committitur pentimemeri hec eorum
Item pentimemeris potest esse quasi a penta
et meneris quod idem est quod meris unde
dicitur pentimemeris quasi quinaria divisio
vel pars id est divisio vel pars versus constantis
ex quinque pedibus Item pentimeneris dicitur
quedam species cesure per quam post duos di-
mensos pedes in principio tercii pedis
pro naturali cesura ponitur ut in hoc versu
Qui petit excessa debet vitare ruinas
ecce hec pa sa cum sit naturaliter brevis producitur
quasi sublevatur quam producitur ad cum
dum quasi ecce dua pe sunt sa et de ber est
trahit unum pedem cum non sunt eiusdem
dictionis Et dicitur pentimemeris quasi divisio se-
quentem syllabam quod dicitur idem duorum
spondaicorum pedum quia si duo spondei
precedant quatuor sunt precedentes Et
erit divisio super quintam syllabam et si
duo dactili vel dactilus et spondeus pre-
cedant sed pro duobus spondeis reputantur
Penti componitur cum ante et dicitur antipe-
timemeris quasi alia species cesure per quam vol-
natur correpta pedem in principio secundi pedis
per antipentimemerin sic cum illa sit
in principio tercii pedis hec in principio
secundi ut in hoc versu Mors tamen non tar-
dat et omni labitur hora Item invenitur
memeris cum epta et dicitur hec eptemimeris
alia species cesure quod supra diximus Mer-
componitur cum terra quod est porcus et
dicitur hec mercoterra sic meri id est vini

custodia vel repositorium. Unde hic
merestitarius .i. p'mi cupides

M[ereo] -res -et .i. dolere flere
sed proprie merere est
cum silentio dolere, et caret
preterito, et suppletione preteriti
et supini. Unde hic meror -ris
et mestus -a -um .i. natura tristis non
casu ideo et merens. Item mestus vel
merens animo tristis aspectu, et gra-
tior fit usque. Unde meste -tius -sime
adv. et hec mestitia -e et hec mestitudo
-nis. Unde Ambrosius super Egi[s]pin[?] hymno:
Exorata mestitudine prerumpit mor-
bus, et est mestitia cordis, tristitia vul-
tus. Item tristitia temporalis est et fit aliquando
ex aliquo accidenti dolore, sed mestitia
vitium nature pertinere est. Et mestus quasi
mestifico -as -avi .i. mestum facere. Unde
mestificus -a -um. Item mereor -reris meritus sum
-ri, verbum. Et mereor -reris ideo depo-
nens in eadem significatione secundum moderne acci-
pitur. Nota ergo quod antiqui dicebant
mereo -es -vi ubi nos modo dicimus
mereor -reris, et ita mereo -es -vi et
mereo pro dolere coniugabat in eadem
voce in preterito. Et quando dicebant ibi erat
in tempore quo mereo pro dolere primam producit
sed aliud mereo primam corripit. Unde id
dixit et in tali cura merere simili.
tamen quia ista dicta non erant nota omnibus
ideo gramatici moderni merere tamen dice-
ad mereo pro dolere tenuerunt, mereo
pro acquirere in preterito et in omnibus hiis temporibus
que sequuntur ab illo preterito, et mutaverunt id
in deponens et dederunt ei supplementum
preteriti et dixerunt mereor -reris, et sic sup-
plementum de predicti vi retinuit secundum me-
rui isti. et quia in preterito nulla erat
differentia. Nam mereo pro dolere caret
preterito et suppletione preteriti non ibi
re mestissimus ut voluit quidam quia
mestus tamen nomen est et non participium
Licet ergo merui non sit preteritum huius
sed deponentis mereor -ritus ad designandum
quod fuit preteritum huius verbi quod fuit mu-
tatum in mereor sic faciendum est de
Mereor -reris meritus sum vel merui meritis
es vel meruisti etc. Si ergo inveniatur
mereo -es in preterito et in eius sequacibus
attribuendum est antiquitati similiter
si inveniatur mereor -ri quod olim fuit
eius passivum attribuendum est antiquitati

Item nota quod merui et mereor de-
ponens significat passionem et ad
modum activorum quia quando significant passionem
habent constructionem passivorum quia
in cum ablativo mediante a vel ab propo-
nuntur quia illam faciat ad modum activorum
cum constructionem activorum construuntur in cum
accusativo ut merui vel mereor premium
a te. Et a mereor meritus -a -um et eius
immeritus -a -um et hoc meritum -ti et quasi
emeritus -a -um .i. qui meritum peregit
qui non potest iam mereri et precipue officium
suum immo liberatus et solutus a la-
bore sui officii sicut miles olim post
sexagesimum annum non cogebatur
militare sed solvebatur a labore so-
lito et dabatur ei ager vel villa vel
aliud unde viveret, et tunc erat e-
meritus quasi extra meritum positus
quia nil faciebat a labore solito mereba-
tur. Unde hec emeritio omnis talis pre-
talis liberatio. Item a mereor hoc
meritorium .i. conventicula ubi quidam
res suas faciunt vel vendunt et ubi
merimonia tenentur ut taberna
vel loca tenebrosa ubi patiuntur adul-
teria et fornicationes fiunt. Nam que
meritorio ponos admittunt et hic
et meritoria dicitur meretrix et etiam
tamponatur (?) pro loco quo femina
et eadem dicitur meraria vel a merendo
vel a mero .i. vino quasi multum a-
mans quod meretur vel est dignum unde
et remuneratur. Item a mereor hec
merx -cis .i. ipsa res que venditur
sed nominativus non est in usu. Unde
mercicula dicitur. Et mercor -aris .i. vendere
vel emere nundinare. Unde merca-
tor -tio -mercabilis -le et hic merca-
tus -tus .i. ministerium vendendi
vel conventum vel locus ubi venditur
et emitur, et hoc mercatum -ti res
que venditur vel emitur, et tamen ponitur
quandoque pro mercatu. Mercator
quasi cum hiriios quod est dux et hic mer-
curius deus mercatorum. Unde et dicitur mer-
curius quasi mercatorum hiriios .i. dux
et medius sermo vel eloquentia. Nam
mercatoribus maxime necessaria est
fabilitas, vel mercurius quasi mercatorum
kyrios .i. ante illi .i. ad res vena-
lium tocentiere facit salutationibus
allicitur, vel mercurius quasi medius currens

i. vehiculum intellectus qui congrue s(er)
mo dicitur / vel mercurius quasi medius currens
quia sermo medius currat inter auditorem et
loquentem. Unde et hermes grece dicitur
interpres / et secundum hoc bene dicitur deus
mercatorum, quia inter vendentes et emen-
tes sermo est medius. Ideo fingitur habere
pennas quia cito discurrit, quia cito ocius
ab ore loquentis replet aures audientium.
Virga dicitur quia per sermonem omnia cogitata
enunciantur / Ideo furti magister dicitur quia sermo
animos audientium fallit. Virgam tenet
qua serpentes dividit, i. venena. Nam
bellantes et dissidentes interpretis sermone
sedantur. Unde legati pacis caduceatores
dicuntur / sicut per feciales bella indicebantur
ita pax per caduceatores fiebat. Per
eam planete iovi iunctam qui mercurius
dicitur bona iunctio eloquentie et sermonis
exprimitur. Nam sicut ille planeta per se
nec bonus nec malus est / sed in coniunctione cum
cum in eodem coniungitur consimilis facil-
le redit, sic et eloquentia sola nulla
est efficacia / sed est quasi gladius in manu ti-
rannii. Eloquentia in animo furiosi sicut
gladius in manu pueri est. Eloquentia in
animo sapientis, Sapientia vero sine eloquentia
est quasi venit in manum contracti / et hic et hec
et hoc mercurialis le. Item mercor quod quasi
mercor aliud. Ite a merx hoc mercimo-
nium idem quod merx vel res que
de una patria in aliam portatur ut
carius vendatur / et componitur hoc commercium
i. de pluribus rebus una venditio vel
diversarum rerum commutatio / ut si
quis daret mantellum pro cappa vel
econverso. Unde et dicitur commercium quasi
commutatio mercium. Illa ergo mirabilis
incarnatio ihesu christi commercium quasi
commutatio mercium scilicet divinitatis et
humanitatis. Nam homo concessit humanitatem
deo, deus homini largitus est divinitatem.
Descendit divinitas ascendit humanitas
et exaltata est super choros angelorum.
Unde illud O admirabile commercium.
Item a mercor vel merx hic merces dis
i. premium vel pretium. Sed pretium
est cum par pro pari datur. Merces
cum minus. Unde hec mercedula le
di. et hic mercenarius pretio conductus
scilicet qui accipit mercedem / et est scribendum
per c non per t quia derivatur a mercede
et c mutatur in n / quidam tamen dicunt quod c
mutatur in duo n. et dicitur mercennarius
qualis mutatio sepe fit ut a sedeo et dicitur
sella non sela ut d mutetur in duo l.
Meres quod tamen dicte tis. et dicitur hic vel
teditus. tij. i. qui mercedem dicitur et
loquens. Et tamen dativus est et dicitur hic
mercennarius dominus qui solvit mercedem
operariis suis / et tamen dativus et dicitur
hic mercenarius. rij. servus vel alius qui
disponit eam sub domino / et tamen hec
tas. et dicitur hec meretrix cis i. scortum quasi
pro mercede homines tractans i. impe-
diens vel decipiens / vel similiter dicitur
a mereor quia meretur pretium libidinis.
Unde hec meretricula dicitur et meretricius a
um. et hoc meretricium i. domus me-
tricum / vel turpis actus earum et officium
/ et meretricor aris deponens. Mereor quod
commereor / demereor i. valde mereri
vel non mereri quasi deorsum a merito esse
vel fieri. Premereor quasi pro aliquo
mereri et est deponens cum suis compositis.
Merops bis. quedam avis viridis colo-
ris que et apiaster dicitur quia libenter apes
comedat / et etiam gallus dicitur merops / etiam
fuit proprium nomen cuiusdam hominis.
Messias ebraice grece christus latine
unctus dicitur. Mesopotamia quedam
regio. grecam etymologiam possidet quia duobus
fluminibus ambiatur. Nam ab oriente
tigrim habet ab occidente eufratem.

Metior tiris metitus vel mensus sum
i. mensurare. Unde mensus a um
quod quandoque accipitur in
passiva significatione scilicet mensuratus. Et
componitur immensus a um quasi non mensus
i. sine mensura scilicet propter nimiam magnitudinem
nulla est mensura. Unde deus ipse dicitur immen-
sus quia eius nulla est mensura. Unde illud
immensus pater immensus filius, imme(nsus)
spiritus sanctus. Similiter profundum cuius nulla est
mensura dicitur immensum. Unde lucanus
Cedit in immensum cum labor i. in profundum
ponitur tamen simpliciter pro magnus immensus
et comparatur immensior sior simus. Unde immen-
sus sime adverbium et hec immensitas tis. Item a
metior hec mensura e scilicet res aliqua men-
sio vel tempore circumscripta / vel mensura est
quicquid pondere, capacitate, longitudine,
altitudine, latitudine animo diffinitur. Hec
autem corporis est et temporis / corporis ut hoc
lignorum columnarum et similium longitudo
vel brevitas, temporis ut horarum dierum annorum.
Ipse autem mensura dicitur quia ea metiamur ali-
quid ut una anfora. Item nondum
quia maiores orbem in partes / partes in
provincias, provincias in regiones / regiones
in loca, loca in territoria / territoria in
agros / agros in centurias / centurias
in iugera / iugera in climata / climata

Meretrix

Premereor

Mensura

in actus / actus in partitas / partitas
in passus / passus in gradus / gradus
in cubitos / cubitos in pedes / pedes
in palmas / palmas in uncias / un-
cias in digitos diuiserunt / Digitus
pars minima est agrestium mensu-
rarum. Unde uncia habet digitos tres
palmus quatuor pedes / pes sedecim
passus / passus quinque pedes / pertica
duos passus id est decem pedes / pertica
a portando dicitur quasi portica. omnes enim
precedentes mensure in corpore sunt
ut digitus palmus pes passus et reliqua
Sola pertica portatur est enim decem
pedum adinstar calami in Ezechi-
ele templum mensurantis / actus
minimus est latitudine pedum quatuor
longitudine centum sexaginta / cli-
mata undique versum pedes habet sexagi-
ta actus quadratus undique finitur cen-
tum viginti pedibus hanc arapennem
dicunt ab arando / actus duplicatus
iuger facit Iuger constat longitudine
pedum ducentorum quadraginta latitudine
centum viginti Actus provincie Be-
tice rustici agrum vocant pro orca-
tice (?) idem betici triginta pedum latitudine et octo-
ginta longitudine diffiniunt / et prouorsum (?) porcam (?)
est quod in arando getit (?) / quod defossum est lira
Galli candetum vocant Quidam (?) in are-
is urbanis spacium centum pedum quo-
que versum In agrestibus autem pedes centum
quinquaginta quadratorum. ortum (?) ca-
detum vocant porro stadialis ager
habet passus c. xx. duos Item a mensura
mensuro as. Unde mensuratio, ad-
mensuro as. Item a metior hec
Metrum est actum tum sine quid (?) Item a metior hec
metreta te quedam mensura, uel metron
grece latine dicitur mensura unde hec metreta
quedam mensura et est liquidorum et licet
et urna et anfora et quilibet vas liquorum uel vini
capit mensura sit Unde et possit dici me-
treta tamen ideo specialiter sibi hoc nomen assumpsit
quia sit mensura perfecti numeri id est denarii
Unde id est capientes singule metretas
binas uel trinas / et eadem dicitur metretum
Item a metron hoc metrum quod constat
ex uno pede ut exameter dicitur quia sex sunt
pedes Item metrum dicitur legittima pedum
connexio / et secundum hoc metrum quandoque dicitur versus
quandoque quod constat ex duobus iambis Item metrum
dicitur quedam mensura partem perfecti ut in fi-
nibus / et secundum quamlibet eius significationem competenter dicitur
a metros quia mensura pedum uel passuum

id est mensurando pr(?) ab legibus et sues (?) uel nota (?)
parte in constitutione eius / et in metri-
ca tamen quod tempore bimetrum trimetrum
a um quadrimetrum a um iambi-
metrum a um Item metrum dicitur bimeter a
um quia sunt duo metra / dimeter a
um trimeter a um tetrameter a um
pentameter a um exameter a um
a tetras quod est quatuor et penta quod est quinque
et exa quod est sex Iambimeter a um
Metros tercium grece quod est terra / et hic
et hec geometra et hic geometer qui
docet uel tractat mensuras terre Unde
geometer a um et hec geometria ars que
tractat de mensuris terre Unde geo-
metricus a um Item metros et dia
quod est duo et hic dyameter uel dyametrus, et
in maiori genere invenitur scilicet linea que per
medium aliquid in duo equa diuidit
Item a metros et polis quod est ciuitas dicitur
hec metropolis lis id est ciuitas / ad cuius
mensuram de ciuitates disponuntur scilicet ubi
est archiepiscopatum Unde metropolitanus
a um et hic metropolitanus ni id est dominus
uel archiepiscopus illius ciuitatis a mensura
ciuitatum sicut decet singulis enim prouinciis
metropolitam preeminent quorum
auctoritati et doctrine ceteri episcopi subiecti
sunt et sine quibus nil reliquos episcopis
agere licet / sollicitudo enim totius prouincie
eis commissa est Item a metior hec meta
te id est circuitus uel aliquis rei finis uel terminus
Unde hec methodus di id est remedium uel
via uel potius finalis terminus a me-
ta et oda quod est finis compositum ut
Aristoteles Ad omnium methodorum
principia viam habet / et a methodus quod
est remedium hec methodica ce quia professa
medicine que remedia sectatur et
termina Unde methodici dicuntur hii
qui nec elementorum rationem obseruant
nec tempora / nec etates nec causas / sed
solas morborum substantias Item a meta quod
est circuitus hec metaxa coadunatio
filorum quia metaxa a circuitu scilicet filorum
uel dicitur a meta greca prepositione quod est trans
quia transferatur / et hec methanoea id est
conuersio flexio et hec metoceusis (?) sive id est
dinatio humorum cum quelibet loco resi-
dens dolor cessauit et hec metafrasis
id est explanatio a frasis quod est locutio
meta ceras (?) dicitur promissio uel conosigio (?)
id est obligatio iudicie impetrata Item a

meta metor aris .i. limitare et terminum ponere
et metam uel constituere locare. Item
metari est metiri. secundum metari tractare quod et
metiri agros verbis. et proprie metari est dividere
castra et assignare loca militibus in ca
stris uel ponere castra uel mutare, et est
diminutivum a metior uel moneo unde hic
metator oris qui castra designat et hic
metatorius rii .i. castrorum metator, et
componitur castrametor aris .i. dividere
uel ponere castra uel mutare, unde id
Castrametati sunt filii israel .i. posuerunt
uel mutauerunt castra. Item a metior uel
meta hoc membrum pars corporis unde
hoc membrulum diminutivum et membratus a um
magna habens membra, et inde membro
sus a um id est uel membris plenus et
comparatur unde adverbium. Unde hec membrositas
membrorum magnitudo uel plenitudo
et abundantia. Item a membrum hec
membrana .e. id est pellis tenuissima
que cum aliis vestibus dicitur etiam mem
brana carta uel pergamenum quia de
membris animalium extrahitur. unde
hec membranula diminutivum et membranulus
a um uel membraneus a um et
membranaticus a um ad membranam
pertinens uel de membrana existens.
Unde dicitur membranatius a um liber
factus de membranis ad differenti
am qui fiebat de biblis .i. de iunctis
Item a membrum membro as membris
informare, et componitur dimembro as de
membro as membra dividere secare
et emembro as in eodem sensu et est
activum cum omnibus suis quod Membrum
quod unimembris et bimembris et trime
bris et quadrimembris et quinqueme
bris, sexmembris et emembris et q.
extra membra .i. fortitudinem. Item
a metior meto tis sui .i. secare et
proprie segetes colligere unde messor sio
et messus a um et hic metellus li .i.
mercenarius qui metit, et messolus
a um aptus ad metendum, et hec messis
sis .i. seges a secando, hec seges a se
rendo dicitur seminatur, messis a metendo
dicitur matura colliguntur. Messis etiam di
citur uel actus metendi, et inde hec
messicula diminutivum et messiuus a um
.i. maturus ad messem, et hec messia e
quedam provincia que messia sic dicta
a messium proventu unde et veteres
orientis tertius missiam appellant, et
inde missus a um. Meto quod deme
to tis .i. destruere desecare abscidere
Unde dominus per prophetam demetar
patriora tua, et Oratius Candidum
quod salacem demetet ferro. Emeto
tis in eodem sensu. Et de meto activum
cum omnibus suis quod et facit preteritum
sui et supinum in sum, et corripit hanc pa
me. Item metior quod dimetior .i. diversis
modis metiri unde dimensus a um
et dimensio unde dimensionalis le
ad dimensionem pertinens. Emetior
tiris unde emensus a um et emensio
et hec emina e quedam mensura ut
supra diximus, et est emetiri quod extra
usque ad finem metiri perficere. Reme
tior iterum metiri uel reddendo me
tiri unde id Eadem mensura qua mensi
fueritis remetietur vobis. Metior et
eius composita sunt deponentia et faciunt preteritum
in titus simus secundum frequentius in sus

Meta proprie est greca et tamen vi
detur latina vel de vel
iuxta, et componitur cum morfosis
quod est mutatio proprie forme
a morfe quod est mutatio unde et quedam
infirmitas dicitur morfea qua corpus mu
tatur in alium colorem. Rosios .i.
forma inde morfosis quasi mutatio forme et
simpliciter ponitur pro mutatione a meta
quod et morfosis hec metamorfosis uel
seos .i. transmutatio unde Marcia
nus metamorfosi superata solito pul
triores per geminos habere quas ferunt
familiaris inuecti augusto refulsere
celo. Unde in titulo Ovidiano incipit
liber Methamorfoseos. Ponit tamen dicta hic
esse due partes per appositionem ut incipit
liber meta morfoseos .i. de mutatione
forme. Greci uero carentes ablativo genitivo
ponunt pro eo constructum cum prepositione ad modum
ablativi. Item meta quasi cum nomina quod est nos
etiam hec metonomia quedam figura sicut transsumptio
ab una specie in aliam, et fit multis modis
cum continens ponitur pro contento uel econverso, uel cum
inventor ponitur pro invento uel econverso, uel cum
possessor pro possessione uel econverso, uel cum
materia pro materiato uel econverso, uel cum quod
fit pro eo per quod fit uel econverso. Item quod
cum foros quod est ferre fit metafora
sicut similitudo uel alicuius ubi usitata
translatio sit et metafora a verbis pro

ut fluctuare segetes non potest dici se
gerare fluctus / aut est metafora ut
remigium alarum Unde et alenu
mium id est remigia alarum dicimus Item
componitur cum lexis quod est sermo vel lexis
quod est racio et dicitur hec metalensis
id est tropus a precedente quod consequitur
significatas ut hec manus tarde no
tessa quia venit arundo Ubi quia per manum
vel per arundinem litteras significat Item
componitur cum plasmos quod est for
macio et dicitur hec metaplasmus id est trans
formacio vel hec in hiis vel sic in
hiis et ut breviter eius significacio
appareat metaplasmus dicitur scema
rismus figura id est aliqua vocabula
de causa in metro vel in prosa fitur
et hinc adiectiua metonomicus a um
metaforicus a um metaplasmicus
a um Componitur quoque meta cum multis
aliis particulis de quibus quemcumque
singillatim tractabitur Metuo is tui
id est timere et caret supino Unde hic metu
tus tui et metuculus a um et metucu
losus a um id est formidolosus et est actiuum
Metallum dicitur a metallon quod est
spes quia naturam eius ea est ut ubi
mordendo u(e)l bolus · vnde hic morsellus
li · di(minutiuum) · et hic et hec morsibilis et hoc le · quod e(st)
aptum ad mordendum · et mordicus aduerbium
· i · mordenter morsiter · vnde Plautus in
Aulularia · Sed quid dixit me astitit (?) mor
dicus scindere · Et in morso · as · frequentatiuum a quo
morsito · as · aliud · frequentatiuum · et inuenitur in eodem
sensu morsito · as · i · frequenter mordere · Et a
morso · as · hic et hec morsibilis et hoc le · ad
mordendum abilis · Item a mordeo hic et
hec et hoc mordax cis · et compa(ratur) cior ssimus vnde
mordaciter cius sime aduerbium · et hec mordaci
tas · tis · et mordacula a um · aliquantulum mor
dax et quasi emordax · i · valde mordax Item
a mordeo morsus a um · in actiua significatione
qui mordet et comedit q(uasi) non ieiunus
vnde hic inmorsus · a um · i · ieiunus quasi
nil momordit · vnde Oratius in sermonibus
Flagitat inmorsus refici · Item a mor
deo hec mors et dissolutio anime et corporis
et potest pro qualibet destructione et corruptione
dicitur a mordeo q(uia) nimis mordet u(e)l dicitur a
morsu primi hominis qui vetite arboris
pomum mordens mortem incurrit · Vel dicitur a
marte q(ui) e(st) effector mortium · Vel mors
dicitur q(uasi) amaror q(uia) sit amara · et sunt
tria genera mortis · acerba · immatura · et
meritam · Acerba infantum · Inmatura
iuuenum · Merita · i · naturalis senum
Item aliter distinguitur secundum ternarium mortis
alia enim e(st) naturalis · alia fatalis · alia casualis
Naturalis e(st) que de natura contingit quia vltra
centum viginti annos non e(st) concessum homini
viuere · quia natura centum viginti annos potest
viuere · Sed fatalis e(st) que contingit fato · i ·
constellatione · Vnde enim constellatione potest quis
nasci u(e)l disponi q(uod) viuit plus uel
minus fato nonaginta annis · sed tamen
curatus (?) statim (?) scientia (?) causatiuo (?) nisi

forte benignitas aliqua stellarum superet
infortunium. Casualis, id est accidentalis, quia contingit
vel contingere potest quolibet tempore, ut homo accideret
sicut vel occisione vel submersione vel
ruina vel similibus. Et a mors hic et hec
mortalis et hoc le, morti subiacens, quia
tamen sunt a bonitate misericordie sunt mortalia
et morti et corruptione subiacentia, et
hinc mortaliter adverbium, et hec mor
talitas atis. Et hic et hec mortalis, id est
homo, substantive in communi genere;
et quamvis multa alia sint mortalia,
dicitur tamen homo mortalis per excellentiam
miserie et angustie, quia pluribus
mortibus, pluribus passionibus,
angustiis, miseriis [illegible] et
tribulationibus, doloribus, infirmitatibus se
iacet [illegible] hoc quod aliquando dicitur [illegible] tu
mortalis substantive positum in masculino vel
feminino genere non designat nisi hominem. Et quia
hic et hec immortalis et hoc le, unde immor
taliter adverbium, et hec immortalitas tatis; et hic et
hec immortalis, id est deus per excellentiam
immortalitatis et incorruptionis. Item a mors
hic morbus bi, id est infirmitas que mortem
conficit, unde morbidus a um, id est infirmus
vel insanus, et morbosus a um, plenus mor
bis et assuetus, et qui sua corruptione morbum
inficiat, ut porci capre et huiusmodi animalia
morbosa dicuntur, quia corrumpendo alia mor
bum inferunt, et utrumque compara, unde hec
morbiditas et hec morbositas. Item
a mors morior eris vel iri, mortuus
vel mortuus sum, et secundum quartam et secundum tertiam
coniugationem invenitur ubique et caret
supino; debet enim facere mortuum, mor
tuum, quod exigit mortuus, vel moritu
rum, quod exigit moriturus; neutrum est
et in usu. Et hinc moribundus a um, et
hic semimortuus a um, id est ex parte mor
tuus, et immortuus a um, id est non mortuus
vel valde mortuus; unde commortuus. Et
premortuus a um, id est in loco mortui
substitutus et suffectus. Item a morior mo
ribundus a um, similis mortuo vel
mori incipiens, et hoc morticinum, id est
aqua calida de terra manans, scilicet
balneum, quia morticinum quia ibi mor
bi moriantur et pereant, vel quia mortu
orum quia a mortuis, id est ab inferis oritur
manare. Oratius: Sane murteta
relinqui contemni et hec murteta quod pora
per balneis mirtus obsit. Morior componitur
commorior, emorior, immorior, id est immergi
lac invisite, insilire. Premorior, re
morior, remorior. Et est deponens. Componitur.
Item a mors hoc mortarium
quia ibi semina in pulverem redacta et

mortua conduntur. Vel dicitur a morte et tero,
quia quicquid terit ibi mortificatur; unde hoc
mortariolum li diminutivum, et hec mortarina,
genus tabule, et fit in mortario quasi pistre
et ideo sic dicitur. Item mors, quasi tinnitus tero
morticinus a um, quod est per se mortuum, scilicet
infectus. Et tamen cadaver dicitur et morti
cinus a um, id est morte cadens, sic quod est
mortalitas animi. Et tertius permixtiam
morticina comedunt. Morticina
comedi non debet. Morticinum non est
nomen nisi mortuorum, sed mortalia
nomen est universum corporum; et hoc
morticinium talis mortalitas. Item
a mors vel potius mortuus, mortifi
co as. Mordeo es, commordeo, demordeo,
emordeo, premordeo, permordeo, remor
deo, immordeo; et est mordeo activum cum
omnibus suis compositis. Et componitur omnia
amittunt geminationem simplicis in preterito.
Morsitop, id est quarta pars. Mosaica fluxus
sanguinis. Moso actor importor. Mota
cismus, id est lite per stansionem colisio.

Moveo es vi tum, unde hic motus
tui; et sunt sex genera motus: genera
tio, corruptio, augmentum, dimi
nutio, alteratio, et secundum locum mu
tatio. Sex ergo modis movetur res: generando,
corrumpendo, augmentando, diminuendo,
alterando, et secundum locum mutando. Item
a moveo hic et hec mobilis et hoc le, unde
mobiliter adverbium, et hec mobilitas tis. Et hic immobilis, le,
mobilis le, liter, litas. Item a moveo mo
to as, id est frequenter movere, a quo motito
as, et idem fit, et hoc momentum ti, quasi mo
vimentum, quia cito in transitu moveatur
tam brevi spatio temporis, unde sepe ponitur pro
mutatione vel motu, unde Alixandreidos:
momentum esse dicitur stilus in quo momenta
colligimus quia cito ad modum momenti
incidimus; et hinc momentaneum li, diminutivum; et
momentaneus a um, et momentalis a um,
cito transiens, parvum durans. Item a mo
veo hoc momen minis, id est momentum, tante
motu quod per spacium temporis; unde Alixandreidos: Momo
sible sub momine verba. Et hoc mentum ti,
quasi momentum, quia semper est in motu, vel dicitur
mentum quia in mandibula olat vel
quia ibi mingitur; unde mentosus a um, et men
tatus a um, magnum habens mentum. Item
a moveo quasi monis et altus tibi tumor
est dum in terra radicatus ratus et ingenii
quod est firmitas motus, ideo et collis dicitur. Item
a moveo quia ibi in altum tam movetur de lo
co ad locum, vel per contrarium dicitur mons a mo
veo quia minime movetur de loco ad locum,
vel a minio quia minime nos ab emi
neo quia emineat; unde quod demant primo
tertium

q. promineo quod promineat et emineat /
vel dicitur promineo a pro et mons scilicet mons
qui procul apparet per suam eminenciam
Item a mons quod montecula li. di. / et
montanus a um unde quidam per yranus
montanus ... montanus vtimur quod ... mon
tana ... i. montes et pascua magna ... /
dicitur abiit in montana cum festinacione
Et montani dicti sunt quidam heretici qui in
temporibus persecutionis in montanis latuerunt
qua occasione se a catholice ecclesie cor
pore diviserunt / et quod montanus est ...
e quando ipso nomine ... montani ... /
adest. Item a mons monticulus a um / et mon
tosus a um in eodem sensu plura monticulus
Et montuosus ... unde quod montuositas tis /
et similiter a monticulus monticulosus a um
et quod monticulositas. Item a moveo quod mundus
di. quod semper est in motu unde mundus a um i.
purus integer sine macula / et ... dicitur
simpliciter unde munde dicitur i. sine ... /
et quod mundicia e. et quod mundum ... i.
mundicie ... vel quod facit mundiciam
unde in libro Hester accipiat mundum
muliebrem / et cetera ad usum necessaria i.
unguenta pigmenta et cetera quibus
mulieres mundiores et ornatiores fiunt
et quod mundum i. ... Item a mundus
mundo as purificare purgare unde
mundatio ... et quod ... unde ...
Et quod emundo as et est activum ... Item
a mundus mundanus a um et quod et quod mun
dialis et quod le. et quod compositum mundivagus
a um. Et nota quod mundus multipliciter dicitur / dicitur
enim mundus universitas creaturarum scilicet quod quod
constat ex quatuor elementis. Item mundus
quandoque dicitur archetipus / mundus quandoque ...
et microcosmus dicitur / quandoque est mundus
dicitur superior et dignior pars magni
mundi scilicet firmamentum per excellenciam quod
proprie est in motu / vel quod proprie mundus
et purum est / vel terrene ... vel
gravitate ... mundi est nomine amatores
mundi designat unde mundus per ipsum non
est et mundus eum non cognovit / in primo
loco ponitur designat ... mundi / in 2°
designat amatores mundi. Moveo quod
cum ... / vel ... et quod monarsicus
le. stultus ... qui ... mo. ... /
unde plautus ... monarsice ...
Item a moveo quod admoveo es i.
advicinare adiungere unde admotum i.
advicinatum adiunctum. Amoveo es
removere ad aliter absentare separare
Commoveo es simul movere vel turbare
vicarium facere. Dimoveo es i. in diversas
partes vel diversis modis movere aliter se
parare. Emoveo es valde vel extra movere
Immoveo es i. valde vel intus vel intus mo
vere unde inmotus a um. Item inmotus pro
est quod ... in et motus quod non motus. Per
moveo es. Permoveo es. Promoveo es
i. procul movere vel absentare / et promovere
quod in anteriorem partem movere / et promovere
i. sublimare ad ordinem vel honorem / et pro
movere i. proficere. Removeo es unde remo
tus a um non et compositum unde remote vel
remotum adverbium i. separatim unde Josephus
in xviij° remotim ... faciendum fu
erit. Item a removeo quod remus mi
quod removeat et gravitat ... unde re
motus et remulus / et quod remex gis qui
remum agit unde quod remigium actus vel
officium remigis. Et remigo as quod remum
agere / quod autem dicitur remigo quod remum ago
et remex quod remum actor ... vel ...
... Et quod adremigo as i. ad litus
remigare / corremigo as. Diremigo
as diversis modis vel in diversas partes re
migare. Item a remus quod remulcum ci
funis quo navis religata ... remi
... unde Virgilius / ... vel lo
go ... remulco / ...
... in ... unde remulco as
navem trahere vel navem ad litus ducere. Item a
remus quod reuma atis i. tempestuosa
maris inundacio vel ... fervor aquarum
qui fit ex remorum agitacione. Reuma
est ... vel fluor humorum vel a ca
pite vel ab aqua ... / unde quod
reumatisma ... fluxus abundans aque
vel humoris unde ... de ...
... unde reumatismata
... i. reumatizo as ... pati
vel emittere. Remus ... quod ...
biremis navis que duos ordines habet remorum
/ et quod triremis quadriremis / quinque
remis vel petreremis a petra quod est quinque
Exeremis ab exa quod est sex et remus
scilicet navis que tres vel quatuor vel quinque vel
sex habet ordines remorum. Inveniuntur omnia
ista adiective / et mobiliter declinantur / et quod et quod
biremis et quod me. ... Item moveo componitur
semoveo es seorsum movere separare
unde semotim i. separatim unde Josephus
in xviij ... insinuatur ... et ...
... semotimque. Submoveo
es removere auferre. Moveo et eius composita
activa sunt et faciunt preteritum in movi et

supinum in motum et cum terminatur in primi
habet pa sy mo/ti in preterito et supino eo producit
Mugio gis giui gitum i. boare
strepere et est bouum unde hec mu
gitus tus tui vox bouum secundo
lor et mutus a mu quasi qui mu
giat et non loquitur vox .n. eius non est
forma nisi mugitus. Solent .n. formi quia
per naris que mugiens emittit unde mutio
tis tiui i. murmurare ad modum mu
torum vel velle loqui et non audere est enim
quasi muterum vel loqui non audere unde Persius
nec mutire nephas et hinc musso as
i. dubitare et mussare i. mussilento
murmurare unde Virgilius bonos hos
mussal non decet et priscianus hic pro
dubitare unde mussum i. mussitare
i. latenter leniter leuiter et mussito
as frequentatiuum i. frequenter mussare et
musso producitur compositum cum a quod est
sine et hec amussis sis scilicet plumba
tum vel plumbata tenentaciorum
quod mittitur a sursum usque deorsum
ad perpendendam equalitatem parietis
unde et alio nomine dicitur perpendiculum
a perpendendo vel dicitur regula qua solent
lapides in muro coequare et sic quasi
sine dubitatione quia certitudinem reddit
certum et inde compositum examussim adverbium
i. sine dubitatione nam prepositio in hac
compositione auget quia prepositio in compositione
aut mutat ut impius aut auget vel
addit ut perfectus aut minuit ut subtri
stis i. parum tristis unde Persius vel dic
quod per scripturam sillabam desinere perfectam
rone nec aliter posse examussim lineare
nisi posita sit in directum. Item a mu
tio hoc murmur ris quod et hic
murmur unde in exodo et inde murmu
rat in populo et inde murmuro as unde
hic murmurator oris et hoc murmuro
onis dicitur et hic murgisso oris i.
callidus et fallax murmurator.
Et componitur commurmuro as i. valde mur
murare demurmuro as i. totum murmurare
remurmuro as submurmuro as i.
latenter vel parum vel post murmurare
et est neutrum cum omnibus suis compositis. Item
a mutio vel muttio mutesco scis incipere
esse vel fieri mutum tacere unde mutesco
scis mutui. Et componitur demutesco scis i.
valde mutere vel cessare a muttiendo
et incipe loqui. Immutesco scis obs
mutesco scis unde per toto mute

vel aliquid mutire unde commutesco im
mutesco obmutesco mutesco. Muteo et
muttio cum omnibus suis compositis sunt neutra
et producunt hanc sillabam mu. Item nota
quod mutio mutere quando muttere sed
raro. Item a mugio mugilo as i.
clamare et est anagogicum. Mugio componitur
admugio gis i. adnotare vel cum
mugientibus mugire commugio gis simul
mugire immugio gis valde vel intus
mugire emugio gis totum mugire re
mugio gis iterum vel retro contra mugire
mugire et sunt neutra cum omnibus suis compositis
et producit hanc sillabam mu

Mulceo ces si sum mitigare
delectare unde hic et hec mul
cebilis et hoc le et hec mulcebi
litas et hec immulcebilitas tis
Item a mulceo hic et hec mulcibil et
hoc bre suauis delectabilis mulcebilis
unde plato dicit sunt vites ignis ut
opinor alias cedit et pereptoria alias
mulcebil in ignis lucinie et hec
mulcedo dinis i. suauitas et hec mul
sa se potio quedam ex vino vel aqua
et melle unde Martinus de vobis
tum mulsa actum commixta cum sit
actum eadem dicitur et hoc mulsum
sum a mulceo vel a melle quasi
melsum inuenitur quod mulsum pro nouo
vino unde in li. hester comedite
pinguia et bibite mulsum. Item a
mulceo hec mustra quod mulsum est
suaue ad bibendum vel demulcebilis
a mus. Item a mulceo mulco as
i. mulcere leuiter mitigare blandis
verbis seducere reniare vel verberare
litigare vel pugnis sine calcibus tundere
unde Josephus in quinto commonerunt eos ceteri
mulcarunt et est translatum a mulso
quod acceptum leuiter solet stomachum delectare
vel complectum sordibus stomachum. Mul
co componitur demulco cas i. simul per
mulco cas remulco cas et est actiuum
cum omnibus suis compositis et facit preteritum
et supinum in sum. Item mulceo componitur
ad ferrum et imber et hic mulciber
bri vel bris vel mulcifer fer vel cris
utrumque istorum nam vulcanus
est enim faber deorum et ideo dicitur mulcifer
quia mulcendo ferrum idem et mulciber
quia mulcet imbrem i. aqua temperando
ferrum vel quia mulcet ferrum in imbre i.
aqua. Mulgeo ges si sum quidam vero
ad differentiam dicunt vel sic mulgeo
mulxi et mulctum quos non sequimur

procul dubio mulceo et mulgeo faciunt
preteritum et supinum in eadem voce. Mul-
gere est lac ab ubere extrahere. Unde hoc
mulctrale -lis et hoc mulctrum et
hec mulctra -tre, id est vas in quo mulgetur.
Mulctrum etiam vel mulctra dicitur hora
mulgendi. Unde Virgilius: Quibus venit
ad mulctram binos alit ubere fetus.
Et hoc mulgarium et hoc mulctum, id est
scilicet vas in quo mulgetur. Mulctrum
etiam dicitur lac novum. Mulgeo componitur
commulgeo demulgeo emulgeo immul-
geo premulgeo remulgeo et sunt activa
cum omnibus suis compositis et faciunt preteritum in si
et supinum in sum. Licet quidam velint
mulxi et mulctum, sed ut dicunt emendatiores
quomodocumque sint sunt usurpativa. Mun-
go -gis -xi -ctum, id est purgare sordes
auferre et proprie mucum de naso extrahere
et proicere et quod remanet de
combustione candele auferre. Unde sepe
ponitur pro decipere vel decipiendo aliquid
auferre, spoliare. Unde hic mucus
-ci, id est putredo que de naso extrahitur
et proicitur. Unde muco -as, id est mucum
auferre vel muco aspergere vel mucum
facere. Et componitur demuco -as, mucum au-
ferre, purgare. Emuco -as in eodem sensu.
Muco componitur muculentus -a -um, id est sordidus
et muco plenus, unde dicitur in [illegible]
Muculentis naribus salutasti mun-
dum. Et comparatur -cior -ssimus. Unde muculen-
ter, eius adverbium. Et hec muculentia -e,
sordicies et plenitudo muci. Mungo
componitur commungo -gis, emungo -gis, demun-
go -gis. Unde hoc emunctorium -rii, id est pur-
gatorium, scilicet ferrum cum quo candelas
emungimus. Et emunctus -a -um, purgatus.
Immungo, valde vel intus vel rursus mun-
gere. Premungo, remungo. Et sunt mun-
go activum cum omnibus suis compositis et faciunt
preteritum in xi et supinum in ctum.

Munio -is -ivi -itum, id est firmare
vallare et defensaculum facere.
Unde hic munitor et hec munitrix,
munibilis -le -di. Item a munio
hec munitio, id est obsidium. Unde in quarto
libro regum: Rex assiriorum non ingredietur
urbem hanc nec circumdabit eam mu-
nitio. Et pluraliter hec menia -um, quia mu-
nia quia muniant urbem. Et nota quod
menia proprie sunt muri civitatis, a
muniendo, sed abusive menia dicuntur
omnia edificia civitatis. Unde meniatus
-a -um, id est menibus circumdatus vel constructus
vel circumdatus. Et menio -is -ivi, id est
menia construere vel menibus circumdare
et reparare. Item a menibus hoc meni-
anum, id est solarium, quia menibus solet
addi. Vel menianus, scilicet collega [illegible]
in foro proiecit materias ut essent loca in
quibus spectatores insisterent, que ex
nomine eius meniana appellata
sunt, et solaria dicuntur quia patent
soli. Et inolevit prisca consuetudo
ut meniana domibus adhererent.
Unde menianatus -a -um, menianis or-
natus, preparatus. Item a munio hic
murus -ri, quia muniat, et dicitur
murus quasi muniens robur, et componitur
[illegible]. Unde hic murulus -li diminutivum, et hic
et hec muralis -le, quod pertinet ad
murum, et hoc murale -lis, idem
quod murus. Et componitur antemurale
-lis idem, et hoc promurale, id est defen-
sio ante murum que pro muro sita
sicut vallum et fosse. Unde Propheta:
Ponatur in eo murus domini et ante-
murale. Et hoc promurium, [illegible]
circa murum. Item a murus mura-
tus -a -um, id est muris ornatus, sed muro
-as, id est ornare muro. Et hec muria
-e, id est superior pars olei, quia sit oleo
quasi murus, quia naturaliter retinet
liquorem eius et est sine fece. Unde
Persius: Tingit olus siccum muria
vafer. Et hic musculus bellicum
machinamentum simile arieti cum
quo murus similiter perforatur et dissolvitur,
quasi murisculus. Musculus etiam dicitur
et aliter sic per ea dicitur. Item a
munio hoc munimen -is et hoc
munimentum -ti, et ambo pro defensione
firmamento et auxilio. Et hoc mu-
nitorium, locus ubi sunt munimenta
vel custodiuntur munimenta. Et hoc munus
-neris, id est donum. Unde dicitur sit munus
donum et munus suscipit officium.
Unde hoc munusculum -li diminutivum. Et in hic
munusculator -ris qui pro munere
sunt vel qui munus dat. Augustinus
de civitate dei in octavo: Tamquam
munusculatores vectigalium [illegible]
Item a munus hic munerator -ris
qui munera dat. Et munerarius -a -um,
id est largus vel munere dignus. Exemplum
in [illegible] nomissa munera-
ria suscepimus. Et comparatur. Et in hic
munerositas -tis. Item a munus

munero -as donare munus alicui
dare pro aliquo servicio vel pro aliqua
re. Unde homerus sit sine amaro-
re amato munera pro cruce. Et componitur
remunero -as. et est activum cum suis
compositis. Item munus componitur munifico -as idest
muneribus honorare vel munera alicui
facere. Unde munificus -a -um idest largus
qui munera faciens vel qui munus suum
vel officium quod debet adimplet. Unde
munifice adverbium. Item a munifico
dicitur et hic et hec munifex -cis et hic et hec
et hoc munificens -tis et comparatur -cen-
tior -ssimus unde -center -cius -ssime
adverbium. Ieronimus in secundo super danielem dicit
eos munificentissime pavit. Et hec
munificentia idest largitas. Et nota quod
hoc positivum munificens non est in usu
sed in loco eius subit munificus et fit
comparatio anomala munificus -centior
-ssimus. Item a munus hic munus
-ris quod tenens totius ipsa sit munus
quia cum omne tenens instruat facit et
dispensat omnia dat et accipit. Unde
hic et hec manualis et hoc -le. liber pro
quodam libro qui semper habetur ad
manum. et manuus -a -um magnus.
Unde manus et hoc manubrium ma-
nica cuiuslibet ferri quia manu tenetur.
Unde manubriatus -a -um. Item a manus
hec manica -ce quasi manum capiens et est
ethimologia. Unde manicatus -a -um. Item a
manus hec manulea -lee idest manica.
Unde maneleatus -a -um idest manicatus.
Unde plautus in penulo. Manuleatum
tunicam homines habere adderet. et
manuleatus in eodem Pseudo. manulea-
tam tunicam ... et hinc varia manubrio -as manuleo
-as manuleo -as manubria vel
manicas alicui rei facere. Item a
manus hec manubie -arum idest excu-
bie que per spacia noctis vigilant et
dicuntur sic quia per manus idest per
catervas fiunt. Manubie etiam dicuntur
spolia preda que victus detrahuntur
sic dicte quasi manibus victoris detrahuntur
et hic manipulus -li. Unde segetis quantum
manus potest capere. Unde et dicitur sic
quasi manum implens et est ethimologia
et hinc manipulus dicitur societas du-
centorum militum quia alii hominum signa
erant manipulos idest fasciculos stipule
vel alicuius herbe sibi pro signis fa-
ciebant. vel manipulus dicitur a manu

quia olim manu bellum inopiebant
Inveni est manipulus pro sinodoyam
Unde lucanus convocat armatas et
templo ad signa manipulos. Item ma-
nipulus dicitur ornamentum manus sacer-
dotis. Unde hic et hec manipularis et
hoc -re et manipularius -a -um cum ad ma-
nipulum pertinet vel de manipulo
exiens. Unde manipulares milites qui
sunt de manipulis. Manipulares
etiam dicuntur qui signa alii regem
deportant. Et componitur commanipularis
-re consortes simul cum ad manipulum.
Item a manus mancus -a -um pro orbis
quia non habet manus vel mancus
compositum a manus et careo quasi manu ca-
rens sed vel pro eius ethimologia quam
compositio. Mancus etiam dicitur cui aliquid
deest ad perfectionem. Unde mancatus -a -um
manu truncatus et mancipium -a -um
qui vel sinistra pro dextra vel econtra. Item
a manus hic mentus -ti quasi manum
tegit. Unde est enim breviter cum victus Unde
et mantus qui manum tegens et est
ethimologia. et hec mappa est quasi manu-
pia idest manum parans. Unde hec mappella
et hec mappula -le. mappa etiam dicitur
pictura vel forma ludorum. Unde dicitur
mappa mundi. Item manus componitur cum
ago -gis et hic mango -onis idest merca-
tor et proprie venditor equorum quasi manu
agat equos et etiam quilibet mercator pre-
dicti mango quasi res suas manu agat
Unde oracius in epistolis. Nemo hic mangonium
faciet tibi. Item manus componitur cum manu-
tergium manutergium mantile.
mappa extergisterium facitergium extergi-
manutergium idest togilla gausape mantile
mantele. Item componitur cum festus et dicitur
manifestus -a -um quasi in manu positus et
promptus nam festus expansum solet et non
abscondi. Unde etiam manifestus quasi manu
festus et est ethimologia. Item in festo dicuntur
solent omnia publicari et in aperto poni.
Unde et manifestus apertus et palam positus
et comparatur -tior -ssimus. Unde manifeste
-tius -ssime adverbium. et manifesto -as. Unde
manifestarius -a -um qui manifestat et
manifestatur vel manifeste et aperte aliquid
facit. Unde plautus in aularia. Obstricto
pallium manifestarium. Manus componitur cum
suesco et dicitur mansuesco -is -vi idest esse vel fieri
mansuetum mittere domari. Unde man-
suesco -sce -esse. Unde mansuetus -a -um
nulli iniuriam faciens vel domitus quasi
manu assuetus et comparatur -tior -ssimus

Unde mansuete -tius -ssime adverbium et hec
mansuetudo -nis et hic mansue-
-tus palefredus quia mansuetudinem
manuum signat. Item manus componitur
cum dico vel duco et dicitur mendicus -a -um
et est pauper quasi manducus quia mos
erat apud antiquos egenum os claudere
et manum attendere quasi manu dicere
vel quasi manu ducere. Quia etiam dicitur
mendicus quasi mense dimidius cupidus
vel mendicus quasi minus degens
quia minus habens unde vitam degat et hec
melior est. Et hinc dicitur mendicitas
-tis et mendiculus -a -um pauper et
tenuis. Plautus in captivis. Quid
erat mendica an textellum an men-
diculam. Et mendico -as cibum hosti-
atim querere vel qualibet alio modo et
ponitur simpliciter pro acquirere. Unde mendica-
-bulum et hoc mendicabulum locus
mendicandi. Plautus in epidico. Memo-
rare volo hominum mendicabulo. Mendico
in ipsa forma neutrum est [illegible]
acceptum est activum. Item manus
componitur cum capio et dicitur manceps
-pis id est servus quasi manu captus quia
[illegible] illi dicti namque censebantur
qui in servitutem redigebantur. Unde
Prudencius in libro hymnorum. [illegible]
mancipes terre. Et inde dicitur mancipium
in eodem sensu. Et inde dicitur mancipiolum
-li diminutivum. Sed modo ampliata est appellatio
istius nominis manceps vel manci-
pium ut dicatur filius vel filia nondum
emancipatus a patre. Mancipium etiam
dicitur quicquid manu capi potest et subdi
ut homo ovis equus. Hec scilicet animalia
statim ut nata fuerint mancipia esse putantur.
Nam et ea que in numero bestiarum sunt
tunc videntur mancipia esse quando capi
vel domari ceperint. Et a manceps
mancipo -as id est servire et mancipare
mancipium facere vel in servitutem redigere
id est manu tradere vel dare vel ducere. Et
tunc ponitur simpliciter pro dare vel ducere activum
est sed pro servire neutrum. Manceps componitur
cum e et dicitur emanceps quia cum primo
fuisset manceps iam ab eius potestate et
servitute liberatus est. Unde emancipare
id est a servitute liberare. Sed iam inolevit
consuetudo ut filius a potestate patris
liberatus dicatur emancipatus sed servus
a servitute liberatus dicitur manumissus.

liber pre predicta nomina convenit captus
in prelio in servitutem redactus. Item
manceps componitur cum re et dicitur hic et hec remanceps
-pis id est emanceps quasi qui iam non
est manceps. Et a manceps et rema-
ceps mancipium et remancipium nomina
indeclinabilia et omnis generis vel secundum Priscianum
ponuntur sunt datum predicte nomina
significantia quicunque cum quolibet nomine
et cum utroque numero et cum omni genere casu
[illegible] vel potius mancipi sit
compositum a manu et capio quod
componitur cum re et remancipi et sunt indeclinabilia
et omnis generis. Mancipi dicitur res que
cum alienatur id est que cum de potestate venditoris
transit in potestatem ementis manu potest
capi ut equus. Sed res nemancipi
dicitur que cum permisso modo alienatur
manu capi non potest ut ager. Item
a manus dicitur mantica -ce sarcina
scilicet mala. Unde hec manticula -le. Et
manticula etiam dicitur pera pastoralis
et manticatus -a -um mantica ornatus.
Item a manus vel mantus dicitur man-
tellus et dicitur manticulus -li. Et hic
manticulo -as id est fraudare furari.
Unde pacuvius. Cum quicquid astu accedit
ad manticulandum. Item a manus
dicitur munia -um id est debitum officium
tributum vel munus. Unde dicitur
et munia quia manu sit factum
et hinc muniatus -a -um et muniati
dicuntur magistri consiliarii vel qui
munia id est officia sua adimplent
vel tributarii vel largi. Et componitur
cum in et dicitur hic et hec immunis et hoc
-ne id est sine munio sine tributo scilicet
liber qui nulli est tributarius. Unde et
sepe immunis dicitur expers alicuius
sine parte. Item immunis idest
non munificus quasi sine munio id est sine
munere. Unde in publio versu immunem
tenes adesse sum. Item immunis qui
non facit munia id est officia non fungitur
est enim omni privilegio vacuus et
dono scilicet vitiosus piger ventri indul-
gens. Et construitur cum genitivo et ablativo
ut immunis periculi vel periculo vel
a periculo et inde hec immunitas -tis.
Item munia componitur cum con et dicitur hic et hec
communis et hoc -ne quasi munia
plurium vel quasi munio quia non est
segregatus ab aliis in officio. Unde
communiter adverbium et hec communitas -tis.

et hec communio -nis quod a pluribus participatur vt corpus domini et communico -as participare communionem dare idest commune facere. Et componitur excommunico -as extra communionem facere communione priuare et cetera actiuum cum obliquis suis est. Item munia componitur cum capio et dicitur municipium quod est manente statu ciuitatis ius aliquod maioris vel minoris officij a principe impetratum. Et municipium a munijs idest officijs quia ibi munia idest tributa debita vel munera reddat. Nam liberales et famosissime ciuitates et que a principe priuilegia consequuntur ibi non agunt. Que enim ad dignitatem ciuilem pertinent. Vel municipium dicitur castrum munitissimum et ipse in confinio regionum vbi solet morari stipendiarij milites pro custodia. Vnde dicitur municipium quod capiat munia idest munera ipsos stipendiarios milites ibi pro custodia manentes et munera capientes. Vnde hic et hec municipalis et hoc -le. Et municipiarius -a -um et hic et hec municeps -pis omnia in eodem sensu. Hic enim vanne censentur castellani in municipio nati et permanentes et etiam milites stipendiarij qui pro custodia municipij munera capiunt et etiam originales ciues et in loco officium gerentes dignitatis sit. Et etiam quodlibet genus ciuium romanorum olim dicebatur sit. Vnde paulus cum deprehenderetur aut ego sed paulus tarsensis non ignote ciuitatis municeps. Volens illis significare quod esset ciuis romanus et statim eum dimiserunt. Item municipalis -le vel municipiarius -a -um. Et municipiarius proprie dicitur quod pertinet ad municipium vel municipes vel per quod capit munus. Item a munio hoc monile -lis ornamentum pectoris mulieris quod muniat pectus mulieris ne lecatores possint immittere manus in sinum eius. Vel dicitur monile a moneo -es quod monet castitatem. Monet enim videntes illam esse marito copulatam et amplius non debere tangi ab alio. Olim enim non solebant ferre monilia nisi maritate. Vnde Vel dicitur monile a munere quod pro munere solet dari. Et hoc et serpentinum dicitur quod constat ex anforulis quibusdam aureis et varijs gemmis ad modum facture serpentine plurium. Et per monile omnia ornamenta mulieris signantur quecumque illis munere dantur.

Munio componitur commonio -nis circummunio -nis premunio -nis obmunio -nis vndique vel contra munire. Remunio -nis iterum vel retro munire vel defensionem munitionum amouere. Munio et eius composita omnia sunt actiua vo-nire pagine actiue (?).

Mus grece latine dicitur terra vnde hec humus vt dicitur o sit ab vltima sillaba secundum de hac parte supinus diximus. Item a mus quod est terra hoc mustum nouum vinum quia in se habeat terram et limum mixtum. Et hec musto -onis qui mustum bibat qui et bibio dicitur. Et hoc mustaceum -ei potus qui fit ex musto et alijs potionibus. Iuuenalis: Lansa vel est quae tenor (?) et mustacea perdat. Et mustus -a -um idest nouus. Item a mus quod est terra hec murena -e quedam gemma quam humorem sub terra putrefactum densatum colorem vnde et nomen sumpsit. Et hic mus muris quia sub terra facit sibi cubile. Vnde hic musculus -li idest paruus mus. Musculus etiam dicitur carinum genus nauigij. Et musculi dicuntur capita neruorum ex sanguine et neruis copulata facta nodosa caro que est in tibijs et brachijs. Et musculus a murium similitudine quia lateat in membris sicut mus sub terra vel quia disposita est ad similitudinem muris. Idem dicitur et lacertus. In hac significatione inuenitur a palladio positum qui docet eligere bonos equos dicens quod pulchritudo et forma bonorum equorum in hijs cognoscitur et colligitur si corpus est vastum et solidum latus longissimum clunes rotunde et maxime pectus late patens et totum corpus musculorum densitate nodosum pes siccus cornu concauum altius calciatus. Item musculi sunt testae aquarum lacte grauidarum (?) ostree et dicuntur musculi quasi masculi quia sint ostrearum vel etiam balenarum earum enim coitu concipere balene perhibentur. Et a musculus musculosus -a -um fortis lacertosus plenus musculis et comparatur. Vnde hec musculositas fortitudo plenitudo musculorum. Item a mus hic muscio -onis quia muribus sit infestus hunc vulgus captum a captura vocant. Alij dicunt quod cattat idest videt nam tanto acute cernit ut fulgore luminis noctis tenebras superet. Vnde et a greco venit cattus idest ingeniosus a cateste (?) vel cattus quia cautus hunc vocant greci corrupte. Item a mus quod est musio -onis nidus muris et murina -e (?)

et dicitur musterda de stercoribus murium et dicitur musteraneus animal parvum in Sardinia araneica forma et minus quod et solifuga dicitur quia dies fugiat vel dicitur musteraneus quia eius morsu aranea interimitur. Item a mus pro bestia vel sorice dicitur musca .e. quasi muris esca. Unde muscula di. et muscosus .a. .um plenus et habundans muscis unde muscositas et musculositas habundancia et plenitudo muscarum. Item a musca vel muscula dicitur muscetum vel musculetum locus ubi habundant musce et dicitur muscarium vel muscularium pro eodem scilicet pro loco in quo sunt musce vel pro mulctione muscarum vel pro flabello quo musce abiguntur et dicitur musco omnis inquieta musca. Item a mus dicitur murex .cis eminens et acutum et preruptum saxum et excelsum vel cacumen montium. Unde et murex dicitur sentex vel angulum asperum in preruptis et acutis montibus. Unde Alexander rem ferrea tribulis instrumenta refert astu mandasse latentis muricibus namen et dicitur murex etiam quedam piscis scilicet concha maris sic dicta ab acumine et asperitate que alio nomine conchilium dicitur vel concha vel quia acumine circumcisa ferro lacrimas purpurei coloris emittit ex quibus purpura tingitur. Unde et ostrum appellatum est quia dicitur tinctura ex teste humore elicitur et dicitur murex sepe muricem pro ipsa tinctura et sepe pro ipsa purpura. Mus componitur cum lego et dicitur murilegus et quia ita .i. catus vel catta quia legit idest colligit mures. Unde quidam murilegus hic sat cum generbeda lambit. Item cum scando et dicitur muriscandus .di. homo ignavus et remissus et piger et ad nichil aliud faciendum utilis nisi ad mures scandendos et pertractandos. Unde Plautus in epistola: dat tibi muricida homo. Item cum cedo et dicitur muricida .e. qui mures interficiat. Item componitur cum stringo et dicitur murestricula .le. idest instrumentum ad capiendum mures dicta sic quia mures stringens. Item cum capio et dicitur muscipula .le. eadem deceptio ad mures capiendos dicta sic quia mures capiat et decipiat et ponitur quandoque pro qualibet deceptione. Unde muscipulor .aris .a. decipere et dicitur muscipulator .oris

.i. deceptor. Item cum telon quod est longum et dicitur mustela .le. quasi mus longus et sunt duo genera mustelarum unum silvestre et distans magnitudine quam circa retractus latent alterum .i. domibus oberrans. Unde falso opinantur qui dicunt mustelam ore concipere aure partum effundere. Unde mustelinus .a. .um et mustellarium spelunca mustele quod et mustebulo dicitur.

Muto .as .avi .i. movere vel in aliud statum vertere vel ad aliud locum ducere vel illud quod habemus dare pro hoc quod non habemus ut cum denarios damus pro vino denarios mutamus et non vinum. Unde mutabilis .le. .liter .litas. Et componitur immutabilis .le. .liter .litas. Item a muto dicitur mutatorium .rii .i. vestis preciosa pro qua sumenda alia mutatur. Unde in historia regum legitur quod Naaman duo mutatoria vestium dedit Giesi. Item a muto mutilus .a. .um minutus terminus sine cornibus vel alia parte. Unde Oracius ... Et inde facit omnibus mutilo minuere. Et mutilo .as minuere vellere et terminare. Unde Ovidius ... sepe salice solet mutilata cauda colubre. Et proprie mutilare est aliquod in longum detruncare ut caput hominis amputare vel partem arboris auferre vel boum cornua detruncare. Et componitur admutilo .as .i. valde vel insuper mutilare. Unde Plautus in captivis ... iste ne admutilabit ipse. Et demutilo .as valde mutilare et est activum omnibus sunt. Item a mutilus mutili dicta sunt quedam quadrangula que minus habent ▭ ▭ ▭ Et mutili dicuntur capita trabium quia mutilata sunt. Item a muto mutuus .a. .um mutuatus vel datus vel acceptus. Et mutuum quasi meum tuum quia idquod a me tibi datur ex meo tuum fit. Et comparatur mutuo. Et dicitur mutuo .as verbum activum et mutuor .aris deponens. Et dicitur quia mutuo .as dare est quod mutuo dare ut mutuo denarios tibi idest mutuo do tibi. Sed mutuor accipere est .i. mutuo accipio ut mutuor denarios a te .i. mutuo accipio a te. Unde illud Mutuabitur peccator. Et alibi precepit dominus filiis Israel ut mutuarentur vasa a vicinis suis et spoliarent Egyptum. Similiter ergo caveat abuti isto verbo. Item mutuo

et commodo et accommodo dicuntur quia
commodamus vel accommodamus illas res
que eadem in specie debent reddi
sicut que non transierunt in possessionem
accipientis ut equum mantellum et huiusmodi
Sed mutuamus illas res que transeunt
in possessionem accipientis ut denarios
ut commodo vel accommodo tibi equum
id est non ad proprietatem sed ad commodum et
ad utilitatem et ad similem usum
ad quem habeo tibi do id est ad ostendendum
non ut sit tuus / Unde et accommodare
dicitur quasi cum modo habere ad aliud transferre
et dare et e converso / sed mutuo
denarios tibi id est tui sunt mei dando
fiunt tui Ex hiis patet que differentia sit
inter mutuum et commodum / Hec tamen
proprietas quoque apud auctores confunditur
et utrumque componitur commutuo -as et com
mutuor -aris et immutuo -as et
immutuor -aris id est valde mutuare / et
immutuo componitur quasi immutuo -as de-
pauperare pauperem facere / Item muto
componitur commuto -as demuto -as im-
muto -as permuto -as remuto -as
transmuto -as Muto activum est cum
omnibus suis compositis et producit hanc syllabam
mu

Nablum vel nablath he-
braice grece psalterium
latine organum dicitur
Nabath vel nabathus
vel nabaoth filius fuit
Ismaelis Unde nabatheus
-a -um Et quia ille regnavit
in oriente ideo sepe
inveniuntur nabathei id est orientales
Ovidius in primo Methamorphoseos Eurus
ad auroram nabathea que regna
recessit Nabuchodonosor interpretatur
prophetia lagunculae angustie sive
prophetans anguli signum vel sompnio
sed futurorum que vidisse narratur
Et daniel interpretatur sessio in agitatione
angustie per hoc quod in captivitatem
ab eo ductus fuit Naca tenor vel
fullo Naulo -as id est narrare N
ancio -as unde dicebant antiqui
et nos dicimus nanciscor -ceris na-
ctus sum id est acquirere adipisci invenire
et est deponens cum omnibus suis compositis si qua
habet Naephilat templi custos a
phylaxe quod est servare Napta in da-
niele legitur genus fomitis apud
persas quo maxime nutriuntur
incendia Plinius ossa olivarum que
exprimuntur cum amurca accepta napta
esse dicunt Nardus herba est spinosa
et aromatica fragili radice sed nigra
et foliis densa quorum summitates
consurgunt in spicas Unde a grecis
nardostachys appellatur Unde hoc nardum
unguentum vel confectio ex ea nardum
spicatum dicitur id est fidele purum sine omni
impostura vel commixtione compositum
non adulteratum aliis herbis Unde
enim grece latine dicitur fides Nardus spi-
catum dicitur quia spica nardi in eo sit
vel quia de spicis et foliis confectum
Narro -as dicere Unde narratio -onis
et narratiuncula diminutivum / et narrabilis
-le / liter adverbium / et narro -as componitur
et componitur connarro -as denarro
-as enarro -as Unde enarrabilis -le
-liter / renarro -as / et est activum cum
omnibus suis compositis Narcisus herba
vel flos a puero in illum mutato
nomen habens

Nascor -eris natus sum deponens vitam
recipere vel decedere et facit pa-
ssionem ab alio illatam id est
penetrare ex passione suscipere
circa aliud suppositum id est alia recipere
et hic natus -tus -tui id est nascendi proprietas
vel actus vel passio nascendi / et
natio dicitur gens enim propria cognatione
et collectione ab alia distincta ut gallia
Italia Hispania Item natio provincia eorum
et natio etiam quelibet regio vel terra parvum
vel civitas dicitur Unde natiuncula diminutivum Item
a nascor hec natura -re id est nativitas / et natura
dicitur deus quia omnia creat et nasci facit / et
natura dicitur quelibet creatura / et natura com-
plexio / Natura etiam dicitur quelibet vis naturalis
rebus insita de similibus similia procreans
iuxta genus suum / Natura etiam dicitur sensus vel
quod significatio transit quare vocabulum
nascatur et imponatur / Natura etiam dicitur
impositio vel inventio vocabuli quia vocabuli
nasci nichil aliud est nisi ipsum inveniri
et imponi Natura etiam adhuc pluribus modis
dicitur Unde hic et hec naturalis -le ad naturam
pertinens vel a natura procedens Unde
naturales dicuntur filii concubinarum quos
sola natura genuit / non honestas con-
iugii / et inde naturaliter adverbium / Item a na-
scor natus -tus -tui id est nativitas Unde hic
et hec natalis -le et natalis adverbium / et hic na-
talis -lis et hoc natale -lis id est nativitas
Differunt tamen natale vel natalis et
nativitas in kalendario / quia nativitas
ibi appellatur ortus a matre in terra ut na-
tivitas domini / sancte Marie sancti Johannis Baptiste
Sed natale vel natalis dicitur obitus vel
dies obitus sanctorum / quia eorum obitus
in terra fuit nativitas in celo / tunc enim de
non esse ad esse de morte ad vitam de te-
nebris ad lucem de exilio ad regnum tran-
sierunt Unde in kalendariis invenitur Natale

Sancti Petri sancti Pauli sancti Laurencij
ad quod natale nos perducat qui
uiuit et regnat sine fine regnat Et a natalis
natalicius a um ad natiuitatem per:
tinens Persius Et natalicia tandem cum
sardonice albus, et hoc natalicium
i. natiuitas Item a natus natiuus a
um naturalis genitus Unde natiue
adv. Et hec natiuitas tis Item a nascor
natus a um et hic natus i. filius et hec
nata i. filia Et sepe solet inueniri g
per prothesim posita ut natus gnatus uel
gnata Unde gnatus a um uel si g e
de naturali integritate dictionis dicitur gna
tus quasi generatus, et gnata quasi generata
et componitur et dicitur cognatus i. frater
et cognata soror quasi sil
quasi simul natus, et cognata soror q. fil
nata i. filia Item natus ta tum est cum eo
et cum ad et dicitur cognatus a um et hic cognatus
et hec cognata, et agnatus a um et hic agna:
tus et hec agnata qui uel que uel quod
tus et hec agnata qui uel que uel quod
est de eodem genere natus uel ta uel tum
Est tamen ibi differentia quia agnati dicuntur
qui per virilem sexum descendunt, sed cognati
qui per femininum Et dicuntur agnati quia
dum quasi per masculum et succedunt loco na:
accedunt pro natis et succedunt loco na
torum dum desunt filii, sed cognati dicun
quia sunt de eodem genere nati, uel quia sunt
propinquitate cognationis coniuncti qui ideo
post agnatos habentur quia per femininum sexum personae
post agnatos Et a cognatus cognatio onis et
veniunt Et a cognatus cognatio onis et
ab agnatus agnatio onis i. parentela consan:
guinitas, sed distingue Item a nascor hic
nepos tis quasi natus post scilicet filium et est etiam
et inde hec neptis tis a quo hec nepticula
di. et hic nepotulus di. Et hic nepos tis na:
tum virgultum quia de primo quasi de filio na
scitur Et nepos quia hic pronepos filius
nepotis quasi prope nepotem, et hic abnepos
filius pronepotis quia abiungitur a nepote
hic adnepos filius abnepotis, trinepos
filius adnepotis quasi tetranepos quartus post ne:
potem idem ordo et eadem compositio est
in hoc nomine neptis, scilicet proneptis ab:
neptis adneptis trineptis Nepos etiam dicitur
luxuriosus sicut patet ibi dictum Nascor quasi e:
nascor, ris cum nascendo exire, nasci
quod ex utero recedit, enascitur quod
ex terra aut aqua exurgit Innascor ris
i. intus nasci Prenascor Renascor ris
iterum nasci sicut fit in baptismo Nascor
enim o. s. et est depo Natan interpretatur dedit siue
dantis, sed Natanael interpretatur donum dei quia dolus
i. simulatio in eo non fuit Natinei dicitur
ipodiaconi, grece subdiaconi latine dicuntur
Et dicuntur natinei i. in humilitate deo seruientes

Naum interpretatur gratia siue consolator in
terpat (?) ciuitatem propter sanguinem et pro
euersionem eius consolatur Syon dicens
Ecce super montes euangelizantes
et annunciantes pacem Nauplius pater
fuit Palamedis i. a quo nauplia dicitur
et quidam ludus ab eo inuentus uel in ho:
nore eius primo celebratus circa eius se:
pulturam et fit de quatuor pomis duobus
in aerem missis Unde Ovidius de arte amandi
Naxon insula est dicta a dyonisio i.
Bacho quasi dionaxon quia fertilitate vinum
superet ceteras Nazareth quidam vicus
uel ciuitas Unde nazarenus a um et
nazareus a um Unde Ihesus Christus dicitur
est nazareus et nazarenus et hic quidam
heretici dicti sunt nazarei qui cum Christum
quia locus quasi a loco dictus est nazareth filium dei
confitentur omnia tamen veteris legis custodiunt
Nazareus etiam dicitur sanctus vel mundus a uiris
Nazareus olim dicebatur qui sanctitatem
tonsione (?) nutriebat et nichil contaminationis
tum accipiebat abstinens se a vino et
omni sicera, que metere ab integritate
sanitatem pertinet, sed nazareus interpretatur sanctus dei
Nea greci dicunt noue et inde
nos dicimus hic et hec et hoc nouus
a um et hic nouella a um et hic nou
nona pro quinta hora diei Unde
hec nonaria est meretrix quia ante nonam
licebat ei exire de prostibulo consuetudo
quia olim erat apud romanos ut usque
ad horam nonam de comedo reipublice
despiciendo negocia licebat alicui delectacioni
dum nonam vacare Unde meretrices dicte
sunt nonarie quia ad horam nonam et
non ante de prostibulis exibat ne scilicet
prius egredientur iuuenes impedirent
Persius Si cinico barbam petulans no
naria vellat Item a novem novemus
a um et nouenarius a um et hic noue
a um et nouenarius nomen adiectivum Nona
narius et nouiries nomen adverbium
et cum salio et hic et hec nouensiles quasi
quasi cum salio et hic et hec nouensiles
dei, unde et dicitur sic quia nouem insultibus
nauem infestat unde dicunt quod si ena
scelt nauis decimum insultum non eua
dit Unde Ovidius de tristibus illud
tempus timet Unde Ouidius de tristibus
Est fatum decimus fluctus inmutabile
dictum inualida iam puppa ferat Vel
nouensiles dicti quia nouem
ibi nouensiles sunt dii ad inuicem defendi
deputati quia Ioui i. creatori salutatores
Item nouem quod cum plica et multiplica
a um, et cum gentos et nonagita Ut
nonagies adv. et nonagesimus a um
et nonagesimus a um et nongentesimus a
um

Item componitur cum centum et dicitur nongenti
te ta, i. novies centum, et hinc dinata
ideo quod tamen post quingentos quia ex singulis
centum et similiter decima sunt innotescit
Nea enim ptongus quod est sermo et en
quod est in et enneaptongon, i. novem sonos
vel novem sonos habens in se. Item a nea quod
polis quod est civitas, et hec neapolis, -lis,
civitas que novem alias civitates
habet sub se, vel neapolis quasi a neos quod
est novum, et inde neapolis, i. nova civi-
tas; unde neapolitanus, -a, -um, et hic
neapolitanus, dominus vel civis illius
civitatis. Hec nebris, -dis, pellis cervi
vel caprei. Nebel, undecim.

Neco, -as, -avi, -ectum, necatum,
vel -ectum, i. occidere; sed necare
ferro perimere, necari alia
vi, unde necatus ferro, sed nectus
alia vi perimitus, et nex, -cis, i. mors;
sed nectus in usu non est, quamvis Ambrosius
super Egisippum posuit dicens: et cetera mor-
tuorum nece plurima, et hec necula, di-
minutivum quasi ... seminecis etc. in media parte
necatus. Eneco, quasi eneco, -as, -avi vel -cui,
i. valde necare vel extra. Interneco, -as,
inter aquas necare vel interpelatim ne-
care vel iterum dum aliquis est in iti-
nere necare; unde hec internecio, -onis, per in-
ternecio, i. internecatio vel mors que
contingit alicui in itinere. Alii inter sepe
ponunt pro ... ut Nemo maria inebibere
i. ebibere, Plautus, inluere maria, i. e-
luere sed secundum hoc interneco, -as, i. necare.
Unde hic et hec internicida, -de, quasi enicida, scilicet
qui falsum testimonium fecit et commisit
et ob id alter occidit; unde internicides,
ei, mors ab eo facta. Et hoc internici-
dium vel internicium, similiter mors
occisio quam internicida committit, et inter-
internicidium vel internicium, i. quasi
hominis enecatio, et enim iudicium
internicidii dabatur internicidarum
accusatorum, cum possessio bonorum se-
quebatur. Internicinum certe dicitur bellum
in quo omnes pereunt, nullo remanente.
Perneco, -as, perfecte necare; unde hec
pernicies, -ei, mors interitus, sicut quod
venenum in eius perniciem inveni-
natum est; unde perniciosus, -a, -um, mor-
tifer, letalis, et comparatur; unde perniciose
sive sine adverbio, et hec perniciositas, -tis.

Item a perneco, -as, hec et hic et hoc pernix, -cis,
ta penultima genitivi, i. perniciosus,
destructor, et comparatur, -cior, -simus; unde
perniciter, -cius, -sime, adverbium, et hec pernicitas,
-tis, et perniciositas destructio, interitus.
Pernix, -cis, producta penultima genitivi, i. velox,
a pernitor sicut supra diximus. Neco
et eius composita activa sunt et faciunt preteritum
in -cavi et in -cui et supinum in -catum
vel -ctum, et corripiunt hanc penultimam sillabam.

Necto, -tis, -xi vel -xui, -xum vel -xtum, i.
ligare, adiungere vel inserere
vel nodare; unde nexio, et
nexilis et nexibilis, -le, quod
potest necti vel quod multis nexibus
nexum, ut vestis, et hinc nexibilitas,
vel nexiliter adverbium, et hoc nectar, -ris,
dulcis liquor, vinum pigmentatum,
quod nectit linguas bibentium, vel quod
vincit et alliciat mentes bibentium; et
inde nectareus, -a, -um. Probus tamen vult
quod nectar sit primitivum. Item a necto
nexim, i. coniunctim, et hic nexus, -xus,
-xui; unde nexuosus, -a, -um, nexibus plenus;
unde nexuose adverbium, et nexuositas, -tis.
Item a necto hoc necesse, indeclinabile, inmo-
bile, quod aliter esse non potest, et dicitur
a necto quia nexum est et firmum,
nec dissolvi potest. Item necessa, i. utile,
ut necesse est orare deum, quod autem dicitur
necesse quod non cessans esse etiam est ex
composito; unde necessarius, -a, -um, i.
inevitabilis vel utilis, et hic necessarius,
i. amicus. Necessarius quasi prenecessarius,
compnecessarius, ambo pro valde necessarius
ponere certe qui necessarius pro inevitabili vel
utili ponitur frequenter. Item a necesse hec necessitas
et hec necessitudo, et dicunt quod necessitas
aliquid fieri cogit, sed necessitudo, i. ami-
citia, dilectio, affectus vel affinitas, propin-
quitas vel vinculum propinquitatis, sicut ut
uxor vel filius, sed hec proprietas apud au-
tores sepe confunditur, et hic necessitudina-
lis, -le, -a, -um. Item a necto nexo, -xas,
-xui, -xum, i. nectere, et nexo, -as, -avi, et
debet facere supinum nexatum, sed facit
nexum, et est simplex et videtur esse
frequentativum. Necto quasi annecto, -tis, con-
necto, -tis, innecto, -tis, pernecto. Sed conecto,
-necto et est accusativum cum ceteris, sine (?) ...
et facit preteritum in -xi et quasi in -xui, sed
nexo, -as, ... facit nexui et supinum
nexum. Nec tu certas ... precator, sed

Nexus. Nexuosus.
Necesse
Necessarius
Necessitas
Nexo.
Conecto. Annecto. Innecto etc.

sic Esdras in q̃ / quod in presagio
futuri nomina ista sortiti sunt / fuit
enim in adiutorio et consolatione omnium eo
pplo redeuntium ad patriam Illa et tem-
plum domini reedificauit et mu-
rorum et turrium ipsi restaurauit
Nefresim dicunt greci renes unde
nefresis id est quidam morbus sed dolor
renum a renum angore dictus et
hic nefreticus a um qui talem mor-
bum patitur Macer de vib. herb.
fit de nefreticis elixum sumens insit
Nego as aui quod obitur nec grece
si non esse verum contendere
dicere unde negacio et hec ne-
gatiuncula le di et negatiuus
a um quod negat / quod autem negare dicitur
quasi non agere vel agere non id est ducere vel
dicere hanc particulam scilicet non etc. a
Nego nec negas quod enim ocium et dicitur
negocium tii id est mercatus uel actus ac-
tui cum contrarium est ocium et dicitur
negocium quasi negans ocium / vel nego-
cium quasi nec ocium id est sine ocio Unde
et negocium sit actionem est quod est
uirginum litis / est quod negocium in cau-
sis negociacio in commerciis ubi aliquid
datur ut meliora quis lucretur / et hic
negociorum dicitur et negociosus a um
id est utilis vel plenus negociis et rebus in
agendis intentus et comparatur Unde negocio
se sic sine ablatiuo / et hic negociositas tis
Item a negocium cior et hic negociator
id est mercator institor opifex / et ne-
gociator ris id est mercari Nego as componitur ab-
nego longe absentando negare / ne-
gamus si quid obicitur / abnegamus
si quid petitur Denego as valde negare
Nego et eius composita omnia sunt acti
et corripiunt hanc si ne Nemroth
interpretatur tirannus qui prior arripuit arri-
piunt insuetam in populos tirannidem
/ et aggressus est aduersus deum impie
edificare turrem Nemen verbum grecum
enim est id est bene inde dicitur apud grecos
noma id est nomen / et apponitur ei o
per prothesim et dicitur onoma in codem ser
vel forte noma non est in usu apud
grecos sed ponitur enim o et dicitur onoma
id est nomen quasi loquens quod distribuit uel
tenuit qualitatem Noma quia enim due
et tres et tetras et polis et dicitur hec dio-
nimum vel trionimum tetranimum
polionimum / Dionimum vel treo

nec tetra nec poli sunt duo nec tria
nec quatuor nec plura nomina idem
significantia et appellatiua / Unde dio-
nimus a um et trionimus a um / et
tetrafonimus a um et polionimus
a um in eodem sensu nec quia habent duo
nec tria nec quatuor nec plura nomina
Item noma quod enim omos quod est unum
et dicitur onomius a um id est equiuocus a
dialeticis sic dictus id est unum nomen
principaliter ex diuersis importantibus plura
significata Unde hoc ononimum a id est equiuocum
Item enim sin quod est con nec simul
et dicitur sinonimus a um id est nomine consimi-
lis Unde sinonima que et multiuoca et
uniuoca nomina dicuntur id est diuersa nomina
plures idem significancia et appellatiua Unde hec
sinonimia id est equiuocacio secundum quosdam
ponitur pro onomia hec simul quod sit sino-
nimia est quando idem diuersis vocibus signatur
sinonimia est quando una voce diuersa
signantur Hec nenia e funebris cantus
scilicet cantilena que fit super mortuum / et pro
quacumque cantilena ponitur quod proinde
est flebilis et facile mouet affectum Unde
Ora Item nenie dicuntur viles et vane fa-
bule Unde nenior aris id est vana loqui
vel cantilenam super mortuum facere Item
Neo es nevi netum id est filare secundum quosdam
deducere filum a colo sicut
Unde netus a um id est filatus Et hec
netus tus tui id est filamen Ma-
cer Sed eandem bissi netibus vidistis
Item quasi pre neo es et est neutrum enim sine com-
Neos grece latine dicitur nouum unde neo-
ricus a um Neoteria dicuntur homines
huius temporis nouiter venientes / et eos
sic dicunt libri veteres vel communes
Item a neos nouus a um veterus non ve-
tustus / scilicet in principio sui / et compara-
tur nouissimus mutat tamen secundum in nouissi-
mus id est ultimus et raro inuenitur in eadem signa-
quam debet habere istius superlatiui positiui scilicet nouis
sui id et enim primus nouissimus et nouissimus
primus Et inde nouiter nouius sine adverbio
et hec nouitas tis Et nota quod nouus quandoque dicitur
insitatus / Unde magnus Virgilius Pollio
et ipse facit noua carmina id est magna Item
a nouus hec nouicus ea um quod nouella et
iuuencula et est nouus yrcus filii filii
nepos Item a nouus nouitius a um Unde
et sepe ponitur pro iuuencula / et quasi quandoque pro uxore
filii filii id est neptis Item a nouus nouitius

a nim. Item a novus nuper adverbium quasi no
viter, id est recenti tempore medio parvum
ante hoc tempus. Et componitur a novus
et tempore. Et dicitur nuper quasi a nim di
cebant antiqui id est novum novicius. Ite
nuperus dicitur quasi nuper veniens. Novicius
quasi ad nova paratus. Plautus in Captivis
Postulavisti hominem nuperum atque novi
cium. Est enim illud antiquum nuperum pro superio
rum tamen quasi a nuper vel a nuperus unde
nuperius vel rius adverbium. Et hec nuperitas
atis. Item a novus hic vitricus patrinus sive patraster
privignus qui uxorem accepit filium vel filiam habentem
dixit. Et sic quasi novicius quia a matre
superducitur novus vel dicitur vitricus a vitro
quasi vitreus custos id est ymaginarius quia
non est verus pater sed falsus.
Fit enim per vitrum res ymma
go et non res. ~~Vel res aliter~~
~~videtur quam sit~~. Et similiter
vel res aliter videtur quam sit, et similiter videtur
ille pater et non est. Qui autem dicuntur
vitrici quasi tenentes vicem custodis
id est patris vel quasi vitreus custos. Ethymologia
est unde similiter de rebus de tencdis vitricus
et gladius et sunt vitricius an. Item
a novus novo as unde hec novacula
le rasorium quia novat homines unde
novacula non ascendit super caput
eius. Et psalmista. Sicut novacula acu
ta fecisti dolum. Novacula etiam dicitur
ferreum instrumentum quo solet radi
pergamenum. Et hec novale lis et
hic novalis lis ager qui singulis
annis renovatur arando vel qui primum
novus proscinditur et aratur vel quia
alternis annis vacat novandarum
sibi virium causa. Virgilius in Bucolicis
Impius hec tam culta novalia
miles habebit. Idem in Georgicis. Alternis
idem tonsas cessare novales. Et hec
et hec novalis et hoc le. Invenitur in
eodem sensu. Novo componitur innovo
as, innovo as, renovo as, et dacium
cum omnibus suis quae et corripit hanc
syllabam no. Item a novus novellus
a um et hec noverca ce sicut mater
matrima. Et noverca quasi nova
volens capita et non antiqua vel
noverca quasi novos id est parvulos et
recentes mariti filios arcens. Ethymologia
est et non compositio. Unde hic et hec
novercalis le ad novercam pertinens
vel malus et pessimus quia noverca
mala solet esse privignis. Unde noverca
liter adverbium et hec novercalitas tis. Item
noverco as more noverce se habe
re. Item neos
componitur cum phitos quod est fides et
hic neophitus ti id est novellus et
rudis et fidelis vel nuper renovatus
vel rudis quasi a neos et phiton quod
est querere quasi novus quesitor, quia enim
nuper ad fidem conversus est de
fide querere solet. Item componitur cum
mene quod est luna et hec neomenia
e quoddam festum iudeorum quod
fiebat in novilunio. Unde neomenia
dicitur quasi nova luna vel novilunium.
Item componitur hec neapolis de quo
paulo ante diximus. Item et nepa pe
quidam serpens qui natos suos co
sumit excepto eo qui dorso insederit
vel inheserit, propter quod ipse sic vocatus est
consumit patrem. Et nepa qui necat
patrem id est filius vel nepa quasi necans
patrem id est necans filius quia necat
parentem et sumitur totum est quasi hos
qui bona parentum per luxuriam con
sumunt nepotes dicuntur id est luxuriosi
et hic et hec nepos per luxuriosus. Unde
hec nepotatio id est luxuria. Vel dicitur nepos
luxuriosus a nepote filio filie. Olim
pueri non tradebantur patribus ad
erudiendum vel enutriendum. Pre
nimia enim mollicie et dilectione non
possent eos verberare. Iterum non
tradebantur avunculis vel matribus quia patruus
magis patruum curat de quo dicitur
tradebantur ergo patribus qui nepotes
nimis proximi nepotes nimis remoti
erant. Sed quoniam patrum ita eos instru
ebant quod vitiosi et luxuriosi efficiebantur
et inde factum est ut nepotes dicantur
luxuriosi et prodigi. Et nota quod nepos
in utroque sensu producit penultimam in
obliquis licet quidam dixerunt quod pro
luxurioso eam corripiat quod apparet
falsum est. Neptalim de comparacione
sive comparatio tua sunt nomen proprium est
unde et dixit Rachel cum ipsum peperisset
Rachel comparavit me fecit deus cum sorore
mea. Nervus vi id est vinculum mem
brorum dictus a greco, greci enim
nervos neura vocant. Vel nervus
dicitur quasi inervus ab inherendo quia

quia acrium gemitus inuicem sibi
ingerebant. Unde hic neruulus -li, et
neruosus -a -um plenus neruis vel
fortis, et comparatur sed dicitur superlatiuus et
comparatiuus -sior -ssimus. Unde neruose
-sius -ssime aduerbium, et hec neruositas
-tis, et neruicosus -a -um et neruilosus
-a -um idem quod neruosus. Item a
neruus per compositionem hic et hec ener-
uis -ue id est sine neruis solutus debilis
effeminatus. Unde eneruiter et ener-
uitus id est solute debiliter vel ener-
uitus id est nisi a neruis. Item a neruus
neruo -as neruis coniungere vel ner-
uos alicui dare, et componitur deneruo
-as dissoluere demollire debilitare
vel valde neruare. Eneruo -as dis-
soluere demollire debilitare quasi extra
neruos ponere. Ouidius de remedijs:
Eneruant animos cithare que loca que
lire que. Neruo actiuum est cum omnibus suis
compositis. Nereus deus maris
et pater dicitur ipso mari et interpretatur
motus quia mare semper est in motu.
Unde hec nereis -idis nimpha ma-
rina quasi nerei filia, et hec nerina
-ne, et hec nerienis -nis dicitur
filia nerei. Unde Marcianus Capella: Sertum
quod omne genus diuum nerienes
neriene gingnis amore torreri.
Nestoriani quidam heretici sunt
a nestorio episcopo constantinopolitano
qui beatam virginem Mariam non
dei sed hominis tantum asserunt geni-
tricem non ut aliam personam
carnis aliam faceret deitatis nec
unum Christum in verbo dei et carnem
crediderunt sed separatim et seiunctim
alterum filium dei alterum hominis
predicarunt. Nete dicitur corda quarta
que suppremum dicitur cordis in aliquo
instrumento. Hic neuus -ui ma-
cula que nascitur in corpore hominis
et ponitur sepe pro culpa vel offensa.
Unde hic neuulus -li dim. et neuosus
-a -um neuis plenus. Unde neuose
aduerbium, et hec neuositas -tis. Hec
neuma -tis vel neuma -e id est vocum
emissio modulacio. Unde in hymno
et hinc neumaticus -a -um modulatori
vel dulcis et similibus consonans.
Et neuma componitur cum ortus quod est
rectum et dicitur orthoneumeng -a -um
id est recte modulatus. Unde quedam

prouincia apud grecos sed diffinitiua
dicuntur orthoneumena quasi recte mo-
dulata et recte accentuata ad differentiam
illorum que sunt inclinatiua. Et no-
uorum scriptorum esse cum inueniuntur
prouincia -cie ut prescribatur et quasi
ubi barbarismus quia viciose additur
illa sillaba ibi.
Nictos grece vel nictim dicitur
nox latine. Unde nictinus -a -um
id est nocturnus et hic nictinius
id est bachus quia de nocte ei
sacrificabant vel de nocte potationi
vacabant et inebriabantur. Item
a nictos nictor -aris id est nocte vigi-
lare. Unde Marcianus Capella: Fantasie depro-
perans rictu nictantis antistitis.
Unde nictans id est vigilans. Josephus
in primo annalium: nictantibus primis
custodijs assistentibus dormientes occi-
derunt, et hic nictinus id est vigilans
et hic nictatus -tus tui idem, et hic
nictus -tus tui similiter vigilacio
vel motus palpebrarum, et hinc
nicto -as id est vigilare vel palpebras
mouere, et componitur annicto -as
id est cum palpebris innuere sic faciendo
designando aliquid cum palpebris.
Plautus: alij annictant alij ami-
ctant aliud tenent aliam amant.
Item a nictor -aris nictitor -aris.
Papias: inuenitur et in neutro quoque
in eodem sensu nicto -as et nictito -as.
Item a nicto -as vel nictus nictio
-tis -tiui -titum id est glattire quod proprie
canum est quando vestigia bestiarum
insequuntur et acute gannitu. Unde
[illegible] de quadrupedibus canis. Bene
nictit olet quod nictor vel nicto componitur
annictor -aris vel annicto -as innictor
-aris et innicto -as. Item a nictos
hec nictimene -nes id est noctua, et
est nox -ctis dicitur a necto -as quia
nectat oculos per discretionem rerum
vel per contrarium quia non nectat oculis
sed potius prosit, et inde hec noctula
-le dim., et noctuula id est luna, et
noctu aduerbium temporis, et nocturnus -a -um.
Unde hic et hec nocturnalis et hoc -le.
Item a nocte nocto -as vigilare
et componitur pernocto -as quasi per noctem
totam vigilare sed potius significat per vigilare.
Unde pernoctans id est vigilanter, et hic
et hec et hoc pernox -ctis id est vigilans

et proprie noctis. Unde Mar. Ca. perdix prodit quod sacris occulta tectis. Item a nocte
hec noctua .e. quedam avis nocte
volans. Item componitur nocticompugnium
.cii. obscenius quia quod noctibus
compugnatur vel compungnat. Et
hec noctiluca .ce. quedam vermis
nocte lucens. Et hic nocticorax .cis.
i. nocturnus corvus quia de nocte volat
vel quia de nocte vigilat quia corax
corvus dicitur et est idem quod noctua ut
dicunt. Item nox componitur binoctium
i. spacium duarum noctium et hoc
trinoctium spacium trium noctium unde
Marcianus de Satir. Non possum implere
trinoctium et quadrinoctium et quinqui-
noctium et equinoctium equalitas noctium
cum diebus quod fit bis in anno
unde duo dicuntur equinoctia i. unum
autumnale in xv kl. septembris vernale
in marcio et hinc hic et hec equinocti-
alis et hoc .le. et hic equinoctialis .lis.
scilicet quidam parallelus in quo fiunt
equinoctia. Et si predicta nomina videantur
esse contra regulam ab ipso genitivo
noctium dicatur quod sunt contra regulam
ab ipso nominativo noctum quod dixerunt
antiqui scilicet hoc noctum .ti. vel melius
est ut dicamus predicta nomina non
composita contra regulam cum non sint
composita ex integro et ideo de eis non
debet esse obiectio. Item a nectos
nicros i. mortuum unde componitur nigro-
mantia mortuorum divinatio vel
que fit per mortuum si dicitur hoc satis
supradiximus. Item a nictos quod
hebetes dicti sunt nictantes quasi a
somno quia vigilias noctis despiciunt
suspicantes esse diutinas intra tenebras
diminuta quam noctem ad lucem tenent
et hec nictatio quedam passio
quam per diem visus patientibus
oculis denegatur et nocturnis revelatis
tenebris redditur vel econverso visio de nocte
denegatur die redditur. Unde nictalimi
.me. .cii. qui talem patitur morbum.
Nictos componitur hic nicticorax eadem
avis que et nocticorax i. noctua
que noctem amat. Est enim avis
lucifuga et solem videre non patitur.
Nice vel nicos grece latine dicitur
victoria vel victus unde hec nicteria

dicuntur nicteria filacteria que ge-
stabant athlete facta de similitudinibus
armorum que a victis acceperant
et ea collo suo suspensa gerebant
quotiens victores extiterant in signum
victorie. Et ideo filacteria talia in
quibus designabantur victorie a
victoria nicteria dicta secundum Juve-
nal. et Ceromatico fert nicteria
collo. Item a nice hec nicea .e. quedam
civitas quasi victorialis quam Philippus
condidit in India post victoriam. Et
et hec nicomedia alia civitas sic
a victoria dicta vel a Nicomede
rege. Item nice componitur cum polis
quod est civitas et hec nicopolis .lis. a-
civitas victorie. Hanc Augustus
fecit et a victoria sic appellavit
postquam devicit Antonium. Hec prius
dicebatur Ambracia. Item componitur
cum laos quod est populus et hic Nicolaus
quasi victoria populi. Multos enim ad fi-
dem convertit. Vel dicitur victoria populi
i. victorum quasi populares sunt et
vilia. Nicolaus est dictus victus et
stultus populus. Nicolaite dicti sunt
propterea multa alia et primo huiusmodi
interpretatio nominis eis non competit.
Unde et Nicolaite dicti sunt quidam
a quodam Nicolao diacono ecclesie
Ierosolimorum qui cum Stephano et
ceteris constitutus est a Petro qui propter
pulchritudinem relinquens uxorem suam
ut qui vellet ea uteretur propterea versa
est in stuprum talis consuetudo ut
invicem coniugia commutarent. Item
nicos componitur cum a quod est sine [illegible] idest
invictus unde anicetus .a. .um. i. invictus
unde beatus dictus est anicetus quasi
invictus qui vicio vinci non potuit.
Hic nidus dicitur avium est unde hec
nidulus .li. et nideo .es. .dui. idest
nitere splendere et est tractum a nidis
avium scilicet pulli matre adveniente
in quodam alarum plausu exhilarantur
et tunc proprie est nidere. Item nidere
i. redolere et proprie dicitur de carne assa-
ta vel dum assatur unde hic nidor .ris.
i. odor et proprie assatorum. Prudentius de
tumbe dei [illegible] sacrificiis cadave-
ribus non contaminantibus nidoribus
idem odor scilicet ignis grece dicitur nisa

sunt apud nos nidor. Nideo componitur
renideo .i. emitto pranideo praniteze
renideo reniteze. Marcialis pulcra non
renidet in mea tecta lacunar est
Marcial. dum ipse colorem variata
renidebant pauit et predicta composita
aliam formam sumunt reddole. Nideo
et eius composita neutra sunt et faciunt
preteritum in dui et carent supinis
et ~~componunt~~ ~~componunt~~ hanc sicut nisi que in
nideo corrupte. et ea auctores neutra
metri cogente sepe ponunt nideze
ubi dicunt ponere niteze. Nidus componitur
nidifico .as .i. facere nidum. Hic nilus
.li. fluuius est egypti sic dictus quasi
nilum .i. limum trahens quia fecunditatem
efficit unde niliacus .a .um ad nilum
pertinens vel egypciacus et niloticus
.a .um in eodem sensu et hec nilotis
.dis .i. egypciaca unde lucretius
... nilotis arcus Item nilus
componitur hic et hec niligena .ne
.i. genitus a nilo vel in egypto
Nymphacus maritus tuus vxor me-
chatur et ipse tacet
Niteo .tes .tui splendere lucere
candere et niteo componitur iniceo
(?) teneo et et enitesco componitur nitidus
unde nitidus .a .um nitor. datus
et comparatur. dicitur ... unde nitide
.dius ... ad. et hec nitiditas
.tis et nitido .as .i. nitidum facere
et est actiuum. Item a niteo hic nitor
oris et hec nitella parvus nitor
et hec nitedula le quoddam animal
quod lucet in nocte lucens Cicero
... parvulus ... nitedula et nite-
sco .scis ... Item a niteo hoc nitrum
.tri quedam species terre similis minuto
sabulo ... aqua infunditur fumigat
ex quo medicine fiunt et sordes vestium
et corporum lauant ... et dicitur
a nitendo quia reddit nitidus facit
vel dicitur a nitria regione vel oppido
egypti ubi nascitur. nam hoc genus non
multum distat a sale ... enim
naturam salis et sunt ... littoribus
canescentibus sicut Nitor componitur
enitor unde enitesco. pranitor praniteso
reniteo. renitor renitesco. Niteo et eius
composita sunt neutra et faciunt preteritum in ui
et carent supinis et composita habent
syam in Nator intercius nisi vel
... .i. laborare sed conari et parere

nam in partu maximus labor est
et conatus et ipse pro parere facit nixus
et a nitor nisus .sus .sui conatus
et hic nisus .si pro quadam aue que
alio nomine dicitur ... vel dicitur
nisus a niso rege megarensium
qui in eam auem ... fabulam
mutatus est. Item a nitor hec na-
tes .tis quia dum sedemus natibus
innitimur. ... conglobata est
in eis caro ne premente corporis
fasce ossa doleant. unde hec natincula
diminutiuum et hec natica .ce .i. nates unde
naticosus .a .um magnas habens
nates. Item a nitor hic nixus
.xus .xui .i. partus vel conatus
Nitor componitur annitor .eris valde niti
vel adherere appodiari. connitor .eris
simul niti. enitor .eris valde niti
vel foras emittere parere. innitor
.eris valde vel contra niti vel adherere
appodiare fulcire. renitor .eris
obsistere niti ambulare unde hic et hec
et hoc prenix .cis predicta premia in
obliquis .i. perseuerans in conatibus
vel veloces et ipse pedibus ... composita
... unde prenitere ... esse
adiectiuum et hec prenitas .tis velocitas
celeritas et est prenitas pedum
unde pernicibus ... plantis
... celeritas et velocitas pernicitas
est vel velox. obnitor .eris .i. resistere
obluctari contendere vel renitere
vel obniti .i. contumaciter niti. unde
obnixus .a .um .i. contra conatus vel
subnixus humilis. et renitor .eris
resistere reluctari. subnitor .eris idest
subtus niti appodiari vel ... unde
subnixus .a .um nom .i. subiectus
suppositus suffultus humilis. Nitor
et eius composita sunt depo. et penultimam
habent sicut ... et faciunt supinum
tamen in sum ... in xum secundum
utrumque ... sicut ...
in xum ... parere et in sum pro conari
Noceo .ces .cui .citum .i. offendere
unde nocuus .a .um .i. nocens
vel cum nocere. Et componitur
innocuus .a .um innocens
et cum non nocere. Item a noceo hec
noxa .xe culpa delictum et hinc
noxius .a .um .i. nocens vel culpabilis
malus et hec h' et h' noctualis
et est le idem qui in nocte ... componitur

innoxius .a.um. ipse tamen quisquam
non nomine nocere nec sibi nec alii
Obnoxius .a.um. subditus vel obnoxius
componitur ab ob et noxa ipse quando
obnoxius alicui dicitur quando propter noxam
.i. culpam vel offensam aliquam
illi est suppositus debitis obligatus
scilicet poni pro supposita vel subdito et
subiecto quocumque modo. Item a noceo
nocivus .a.um. et hec nux .cis. quia
umbra vel stillicidium foliorum eius
proximis arboribus noceat. Unde
alio nomine iuglandem vocant quasi
iovis glandem. sunt enim hec arbor
consecrata iovi. et dicuntur nuces generaliter
omnia poma tecta corio duriore
ut pinee nuces castanee avellane
glandes amigdale. Unde nuclei
dicti sunt quia sunt duro corio in-
pti .i. tecti. at omnia poma que exterius
mollia .i. mollem corticem habentia
dicuntur ipse poma vel mala. Sed cum
adiectione terrarum in quibus orta
nata sunt ut persica punica maci-
ana cidonia vocantur. et hinc hec
nuciola et hec nucilla et hec nu-
cula .le. amigdala scilicet minor nux
et hec nuclearius arbor que fert
nuces. Unde hoc nuclearium idem vel
locus ubi nuces crescunt. et hic nucleus
.ei. quod latet intra testam nucis
et nucleus a nube .is. quia duro
corio sit inclusus totus. Unde hic
nucleolus .li. di. et componitur enucleo
.as. .i. extra testam nucis nucleum
ponere et per metaphoram apperire enodare
exponere manifestare. Unde enucleatus
.a.um. .i. apertus manifestus enodatus
expositus. et comparatur .cior. .ssimus ~~~~
enucleatim vel enucleate .tius. .ssime
adverbium. Item a nux hec nauca vel nuche
.i. putamen nucis scilicet exterior cortex
nucis vel illud quod est inter nucleum
nucis quod in medio quod est nigrum
cum nux desiccatur vel illud in quo
involvitur nucleus quod nil valet et ideo
ponitur pro nichilo. et componitur naucipendo
.dis. naucifacio .cis. .i. parvum vel nil
appreciari. Item a noceo nocens non
et comparatur .cior. .ssimus. Unde nocenter .ius.
.ssime adverbium. et hec nocentia .e. et componitur
innocens .i. non nocens. et comparatur
unde innocenter .ius. .ssime adverbium. et hec
innocentia .e. Noceo componitur innoceo

ulcere vel persica vocantur. Noceo et eius compo-
nentia sunt et faciunt preteritum in cui
et supinum in itum. Unde nocitura coniuncta
et corripiunt habent sicut simplex. Item
noceo quia antiquitus ostendebant nocere
cum actio quod in multis locis adhuc
invenitur. et hic locus quia sciunt habet activum
secundum usu neutrum est et quia desiat vox
eius in passivo impersonale et vix preterita
et ostendit unde cum dicitur. Hic nodus
.di. .i. ligatura et nodus dicitur in
crato densa perditum multitudo
pro difficultate dicitur quia via est
tenebris. Unde hic nodulus et hic
nodellus ambo di. et nodosus .a.um.
plenus nodis et comparatur. Unde nodose
.sius. .ssime adverbium. et hec nodositas
.tis. Item a nodus nodo .as. .i. con-
ligare. et componitur annodo .as. .i. con-
alligare. abnodo .as. exsolvere
connodo .as. colligare. denodo .as.
dinodo .as. enodo .as. omnia pro
exsolvere. innodo .as. alligare. pernodo
.as. renodo .as. iterum nodare vel
exsolvere. Nodo activum est cum omnibus suis
compositis et producit hanc silabam no. Nodus
componitur hic et hec enodis et hoc .de. .i. sine
nodo et nodum habet. et hic et hec trinodis
.de. .i. trium nodorum vel tres nodos
habens. quadrinodis .de. quinquinodis
.de. et hinc trinodium quadrinodium
quinquinodium .i. tres nodi vel quatuor
vel quinque. Item componitur hoc internodium
spacium inter nodos vel illud grossum
quod est in genu et internodium
quod nodat simul crus et coxam
inter se. Lamdeq .i. uo vide memorsfacere
Mollea nadosinus faciat internodia
poples. Noe interpretatur requies quia
sub illo omnia retro opera quieverunt
per diluvium. unde et pater eius vaticina-
tione eius Noe dixit iste requiescere
nos faciet ab omnibus operibus nostris.
Noemi interpretatur consolata quia
maritus et liberis paste mortuis
nuru moabitidem in consolationem
tenuit. Noetiani quidam heretici
a quodam noeto dicti qui dicebant
christum eundem esse patrem et filium et
spiritum sanctum ipsumque trinitatem .i. officiorum
nominibus non in personis accipiebant.
Unde et patripassiani vocantur
quia patrem passum dicebant. Hec nola
.e. quedam civitas campanie.
et hic nolanus .a.um. et hec nola
.le. illud tintinabulum quod attach[er]

appendi tollis annu ne pendi q anni
vel illud quod appendit et pector
bene agnorum ut cum quedam
sonitu moveant agm / Et a nola
tinnit quia primum sunt ibi facta
et inventum tale instrumentum
Noma vel nomia a lex vn nomicus
a um i. legalis Item nomus i.
pastor et nemcos i. a pascue pe
dicitur vn nomius a um i. pastoralis
vn appollo dictus est nomius i. pasto
ralis vel legalis a lege condendum
Nama vel nomia compositum ab a quod
est sine et anomalus a um i. sine
lege vel anomalus quasi anormalis
i. sine regula i. irregularis Nomia
compositio astronomia et cetera / Et dicitur h' supra
satis dictum
No nas navi natum unde h' et h' na
bilis et hoc le ad nandum abi
lis / et nabundus da dum facie
ad nandum vel similis nati
et hoc nabulum li i. merces nautica
quasi nare videatur cum per mare tranffert
unde quidam nabulum stabulum bibu
los / Et h' natis et h' grue nat / et natrix
dicitur quidam serpens qui veneno suo infi
cit aquas in quibus fuit / et est tunc ma
sculus unde Lucanus Et natrix viola
tor aque / vel dicitur esse femininum
si lucanus masculinum genus sit violator
retulit ad serpentem / legitur et in quibusdam
libris et natrix Item a supino natum tu
fit nato as freq. unde natator bilis le
et natalis le in eodem sensu / et hoc nata
torium locus in aqua vel frequentur nata
et hic natatus tus tui et natito as freq.
frequent / Nato componitur cum ab anato as i. natare
ad / abnato i. natare ab i. longe
Denato as denato as enato as ex
natare evadere innato as prenato
as pernato as renato as sub
nato as tranato as Nato et eius
compositum neutra sunt et corripiunt hoc sola na ter
a no as nassa se quoddam instrumentum ex
viminibus tamquam rethe contextum
ad capiendum pisces / Et h' naius vel
g' dicunt nays / Et inde nos dicimus na
vis interposito v consonante Vel navis
dicitur quasi gnavium i. peritum rectorem
querat / Et hec navicula et navicella
le ambo dicitur et hic et hec navalis et hoc
le et hoc navale lis locus ubi naves stant
sq porta vel locus ubi fabricantur / Et
et tectorium vocatur / Et h' nausium
i. genus per transmeatoris tatium / Nu

cluror e prius omnia pro de naulo / Et h' nav
tea tee i. aqua fetida in qua coria
macerantur / Et hic nauta te qui ministrat
ducit navem vel laborat navigando
vel maior in nave unde nauta predo
hoc frequentius utebantur antiqui quam
nos et transit u in consonantem interposita
i / Et nauticus a um scilicet a nauta
nauticus a um i. navalis Item a navis
h' nausea e vomitus in navi ex
turbatione cerebri propter aquam vel fe
torem / vel potius nausea est voluntas
vomendi sine effectu et proprie in nave
unde hec nauseola dicitur et nauseo as
i. vomere / Et proprie in mari vel in nave
vel ad vomitum provocari et velle
vomendi sine effectu et proprie in nave
habere Oratius in Epistolis Nauseat ut lo
cuplex quem ducit priva triremis
Item a navis vel navicula navi
cularius navis custos vel artifex / Et na
vigo as i. navem agere / Et navigo quasi
navem ago / Et videtur esse ethimologia potius
quam compositio / Et hoc navigium actio
navis i. navigatio vel navis vel fluctus
navium / et navigabilis le quod est a
ptus ad navigandum i. ut navigari possit quo
ut navigetur sicut mare Navis et tunc
clerus quod est sors et dicitur hic nauclerus
vel nauclerius qui habet navem transfer
re et potestate sua dominus navis quia na
vis fit in sorte eius / Ceteri vero in navi
in contribucione sunt Unde in acti
bus apostolorum Et cum frango et
naufragus a um i. periclitari patiens fra
ctionem navis unde naufragus a um
navem frangens qui patitur nau
fragium periclitatur Unde hoc nau
fragium i. fractio navis / quod et nau
fragium dicitur Et cum pater et dicitur
hic nauperus navis pater i. dominus
vel factor Et cum archos quod est
princeps et dicitur hic navarchus i. princeps
navis Et cum machia quod est pugna
et dicitur h' naumachia i. navalis pu
gna Et cum legos quod est sermo et dicitur
hic nausilogus i. navis dispensator
vel allocutor vel exortator Item a
no nas hec anas tis quasi ab assiduitate
nandi quia assidue nat Unde anatinus
a um et hic anatinus in pro pullo a
natis ex genere anatum quas germanie
dicunt quia plus terras imitant / Et ab anas

hic anser -ris i. anca aue similis uel quia
habeat similem frequentiam natandi
unde anserinus. Et nota quod nare et
volare reciproca sunt, i. sepe non per mu-
tuam rem pro se: et nauis natat remi-
gio alarum / et nauis volat plausu
velorum / sunt non remi et vela que
ale nauium / et ale sunt quasi remi et
vela auium / et ideo reciprocantur
inter se. Nato -as quasi cum pro et dicitur pro-
natus -a -um i. in anteriorem partem flexus
inclinatus tracta methafora a nata-
te qui caput in anteriorem partem in-
clinat et posteriora leuat. Pronus
etiam dicitur obstignes et premens et comparatur.
Unde pronior -mus sine adverbio. et hec proni-
tas -tis. Pronus quasi caprona antiqui
iuba equi que capiti prona. Nato -as quasi
annato -as i. nare ad. Enato -as i. nare
in. Transno -as i. nare trans. Nonab-
nicutes est enim omnibus finis quasi. Hec
Norica quedam ciuitas unde noricus -a -u-
-m. Noricus ensis quia ibi optimi fiunt
enses. Hec norma grece latine dicitur
regula. Et unde dicitur norma cementariorum
ad quam oportet respondere structuram parietum
quesi quam rectum nichil fieri potest. Et sic quasi
ex tribus regulis ita ut due sint duorum
pedum, tertia uero duorum pedum et vn-
tiarum decem quas equali crassitudine
politas extremitatibus acuminibus sibi
iungit ut formam uel scema trigoni
faciat id est norma. Norma quasi regula et quidam
abnormis -e, denormis -e, enormis
-e, innormis -e, omnia in eodem sensu scilicet
deformis turpis, immanis, grandis, ir-
regularis, illitteratus, crassus. Oratius:
Rusticus abnormis sapiens crassaque
minerua. Et comparatur. Unde adverbium. Et hec enor-
mitas -tis, abnormitas, denormitas,
innormitas capitulum. vnde notus a um et quod est scitus

Nosco -scis -ui -tum unde notus -a
-um sine adverbio. Et hec notitia -e. Et quasi
ignotus -a -um i. non notus. Et
notifico -as facere notum. Item a
nosco scilicet noscito -as frequentativum quod formatur a
secunda persona indicatiui presentis temporis uel a supino
quo utebantur antiqui scilicet noscitum. Item
a nosco notum tu et v mutata in o
fit noto -as frequentatiuum noscere uel
designare demonstrare significare uel
reprehendere. Et corripit primam licet supinum
a quo deriuatur eam producat. Et hinc noto
-tas -tiui dicitur uel fieri notum et producit
primam licet noto -as eam corripiat. Et

Compositum innotesco -tis -tui et hic incho-
atiuum notesco et notesco. Unde in prouerbiis: Sa-
piens ubi innotescit rarus. Et notandum
quod notesco et innotesco in presenti non sunt
in usu sed in preterito. Unde cum inchoa-
tiuorum sint in usu declinande solent
sine inchoatiuis attribuere preterita ista
dicentes notesco -scis -tui, innotesco -scis
innotui, et de consimilibus idem solet facere
ut senesco senui, suesco sueui, quie-
sco quieui. Noteo ad presens quidem non
et caret supinis. Et ex preterito quod est nosco
-no sic declinatum est. Item a noto -as hec
nota -e macula turpitudinis culpa uel signum
quod aliquid notat, ut littera uel reprehensio.
Unde hec notula -le et hec notella
ambo diminutiva. Et notarius -rij qui notas fa-
cit in cartis publicis. Unde notarius -a -um
quod ad notarium uel ad notas pertinet
ut ars notaria dicta est ars notarii sed
ars notaria que olim consistebat in
solis notulis quarum pro utilitate [illegible] excog-
combusti fecit cum multis aliis [illegible]
Item a nota -te per compositionem noto -as no-
tam facere notare designare. Item a noto -as
notabilis -e, unde dicitur notari uel reprehendi
et notabiliter -lius -me. Item a notabilis per sincopam
quasi notabilis nobilis -e et comparatur. quasi notabilis quia
facile notatur scilicet eius nomen et genus
cognoscitur. Quod autem dicitur nobilis quasi no-
uilis ethimologia est. Et comparatur -lior -simus. Unde
nobiliter -lius -sime adverbium. Et hec nobilitas -tis
et nobilito -as nobilem facere honestare
et nobilitare i. more nobilium se habere
nobiles imitari. Et quasi denobilito -tas
i. valde nobilitare uel denobilitare
sed sensu priuatiuo cum utraque sint. De-
nobilitare i. deorsum a nobilitate statuere
scilicet vituperare dehonestare et denobilitare
degenerare non more nobilium se habere.
Nobilito in prima significatione cum sine casu
et actiuum in secunda uel. Nobilis quasi ignobi-
lis quod non nobilis, cuius scilicet non cognosci-
tur nomen et genus ignoratur.
Unde ignobiliter -lius sine adverbio. et hec
ignobilitas -tis. Item a noto -as
notatum et quidam notamen -nis quasi prescio
per hoc nomen quod notamen quia per quan-
titatem et qualitatem dictum notamur.
Nomen etiam dicitur fama scilicet opinio. Unde
nominosus -a -um i. famosus et comparatur.
Unde nominose -sius -sime adverbium. Et hec
nominositas -tis. Item a nomine nomino
-nas

nomine vocare appellare. Unde notatus
a um nomen vel deformatus et notus
et comparatur unde nominate tius
ssime adverbium. Item a nomino hic nominatus
tivus a um et hic nominativus et
nominatim adverbium. Item a nomen nun-
cupo as i. nominare et nuncupo quasi
nomine capio et est ethymologia. Unde
[nun]cupatio et nuncupativus a um. Item nomen
componitur cum in et hec ignominia
e, i. infamia quasi extra nomen. Nam ignomi-
nia imponitur potestate alicuius. Sed infamia
fit multorum consequente sermone.
Unde ignominiosus a um infamis
vituperosus. Unde ignominiose sius
ssime adverbium. Et hec ignominiositas tis.
Item nomen componitur hic binomen
nis i. duo nomina. Trinomen nis.
quadrinomen nis i. tria vel quatuor
nomina. Unde hic et hec binominus et
hoc ne, trinominus ne, quadrinominus
ne. Et binominus a um et trinominus
a um et quadrinominus a um qui duo
vel tria vel quatuor nomina habet. Item
nomen componitur cum cognomen nis
quod non coniunctis cognatione. Unde hic
et hec cognominis et hoc ne qui sunt
eiusdem cognominis vel nominis. Et
tunc componitur cum con et nomen. Et co-
gnomino as cognomine appellare
vel cognomen imponere. Item componitur
cum prenomen nis i. nomen quod imponitur
causa dignitatis vel causa amicitie. Et
prenomen quia preponitur proprio nomini. Unde
prenomino as prenomine vocare vel pre-
nomen imponere. Item componitur hoc
agnomen nis nomen quod imponitur
alicui ab eventu. Unde et agnomen
quasi ab eventu nomen vel agnomen impo-
nere quasi adnomen quia post nomen proprium
debet poni. Unde agnomino as i. agno-
mine vocare vel agnomen imponere.
Item componitur cum calator quod est vocator
et nomenclator quasi nomen calator
qui scilicet vocat aliquem vel dicit nomina.
Sed olim nomen erat officii scilicet qui de
officio convivas ad prandium vel
alios ad aliud per nomen clamare
solebat. Item a noto as hec nota
te et hic nothus thi et hec notha e
qui vel que natus est vel nata de
nobili patre et ignobili matre sicut
de concubina. Et nothus quasi natus
sit de nota i. infamia culpa. Sicut

contrarius est spurius quasi de hybrida di-
citur scilicet natus est de nobili matre et
ignobili patre. Sicut etiam nothus di-
citur quidam ventus malus et sinister
scilicet auster qui pluviosus et calore
suo etiam in mari pestes adulteratur
et corrumpit. Item a nothus notha
ae et notha nomina a grammaticis detorta
in parte dicuntur notha quia nobilem
habent partem i. principium scilicet grecum
et ignobilem partem i. finem scilicet
latinitatem. Sicut quedam latina nomina
que et principium et finem habent
latinum ut albus. Greca que grecum
ut amos. Notha vero que grecum habent
principium sed latinum finem ut pater
ex affinitate cum principio notha quoque
dicuntur greca sed ex affinitate plura
quoque dicuntur latina. Noto componitur
annoto as vide vel aliquid notare
denoto as vide notare vel reprehendere
enoto as quia alia notare. Innoto
as. Pronoto as. Subnoto as i. latenter
vel parum vel post vel subtus
notare. Noto activum et cum omnibus
sui compositis corripit hanc syllabam scilicet
no. Item a nasco navus a um diligens
sapiens studiosus invigilans strenuus
et comparatur navior ssimus. Unde nave vel
naviter adverbium ssime adverbium. Et hec
navia sapientia strenuitas invigi-
lantia. Et navo as quia strenue
officium facit vel agere compellere
facit et operam vel operam dare.
Navus componitur ignavus a um inefficax
tardus piger insipiens stultus et
comparatur. Unde ignave vel ignaviter
adverbium ssime adverbium. Et hec ignavia
e pigritia tarditas stultitia et est
corporis, quasi animi dicitur ignavus quasi
igne animi vacuus. Ethymologia est.
Et nota quod sicut navus navis quasi
apponitur g per prothesim ut gnavus
et similiter in omnibus sui derivatis
gnavia etc. dicuntur quidam esse
de integritate dictionis et secundum
hoc in compositione non mutatur in g
sed subtrahitur. Item a nosco narus
a um sciens peritus scilicet qui ex arte scit
qualiter aliquid fiat vel sit faciendum
vel fieri debeat sive illud faciat sive non.
Unde hic naris vel naris dicitur quod nare
quia per eas cognoscitur et scitur aliquid odore
vel naris dicitur a mano as quia per eas

manat odor vel spiritus et sunt in eis tria
officia unum ducendi spiritum aliud ca-
lorem tertium deducendi purgamentum
cerebri. Et a nare nario nis id est subsan-
nare nares fronciare, et narius a um
brutus cuius nares semper stillant. Nariam
etiam dicitur quod exigitur unde narians a um. Item
a nare hic naris ris quidam fluvius qui
duobus meatibus ad modum narium vel
quia per nares cuiusdam tauri exit unde nari-
cius a um. Item a naris hic nasus
quasi quasi narus quia sapiens est in discernendo
odore vel dicitur a nando quia semper natat
id est fluit putredine. Vel nasus dicitur elatio
unde hec nisa se quedam civitas que est in
elato iugo pernasi scilicet Citherone. Et hic
tempore parnasus quidam mons sic dictus quasi
par nasorum id est duabus elationes scilicet
Citheronem et Elicone. Et hic dicitur hic nasus
quia elevatus est unde hic nasellus et nasi-
culus et nasitellus omnia diminutiva. Et nasosus
a um et nasutus a um in eodem sensu id est ma-
gnum habens nasum. Oratius vult
depingi nasuta. Et quaedam hic nasalis et hec le
ad nasum pertinens. Et hoc nasale lis
quod nasum protegit. Et quandoque nasale lis
cingulum vel fibula que restringit pulsum
circa collum. Josephus in quarto anti-
quitatum. Et nasale extra aliquam partem vesti-
menti a parte pectoris et scapularum astringitur.
Nasus quoque cum torqueo et dicitur hoc nasturcium
quedam herba quia acrimonia sui nasum tor-
queat. Et nota quod foramina nasi nares
dicuntur. Et eius extremitates pinnula a forma
penne pirule dextera et leva pennule ale
ala dicuntur. Medium autem interfinium, cete-
ra pars que equaliter se habet in longitudine
et rotunditate porrecta columna vocatur
ossea cuius teneritudo cartilago. Narus
quasi ignarus a um vel quasi ab in et narus
ignarus inscius rudis et qui ignorat et quasi
ignoratum sit dicitur. Et dicitur ignarus proprie qui
oblitus est et perdidit memoriam quasi sine na-
ribus olfecisse. Nam veteres scisse dicebat.
Et hinc ignoro as ab ea ignoramus quorum
notitiam habuimus sed obliti sumus, vel que
scire deberemus sed quedam vitio pigritie
nescimus. Ea vero nescimus que nunquam
scivimus unde ignorantia et hec ignorantie e.
Et nota quod g quando quod apponitur cum
nomini narus per protesim et in omnibus
ab eo dirivatis quibus hic dicitur quod sic ibi na-
tus. Sed in hoc in compositione non transit in g
sed subtrahitur. Nosco quasi agnosco. Vi tum.
Valde vel cuncta noscere. Cognosco vi tum.

sumul noscere. Unde cognitor dicitur a cognosce-
re rationes utriusque partis. Cognoscere
etiam dicitur in alio sensu ibi. Cognovit Adam
uxorem suam. Cognosco quasi precognosco
et recognosco. Item nosco quasi dinosco vi tum
id est discernere diversa modis noscere. Igno-
sco vi tum id est remittere indulgere et
est in privativum. Unde illud ignoscimus
quod amplius noscere nolumus. Innosco sci-
tum id est ante noscere. Pernosco scis valde
vel perfecte noscere. Pronosco scis id est pro-
ante noscere unde hec pronosticum
ci signum futuri. Et pronosticus a um
qui prenoscit vel ante significat. Et pro-
nostico as id est pronosticum perpendere per
noscere. Nosco et eius composita omnia
sunt activa preter ignosco quod est
neutrum et omnia faciunt preteritum in novi preterita
et supinum in notum producta preter que
cognosco et agnosco mutant in i correptam
faciunt agnitum et cognitum. Et nota
quod antiquitus nosco faciebat supinum facie-
bat quod in quibusdam locis invenitur sumitur et cetera.
Item nota quod a nosco descendit novi sed id est
verbum defectum quod si verum est quod no-
vi sit aliud verbum a predicto. Ne petitur
ibi esse alia distinctio nisi quod novi defec-
tivum quod presens quoque preteritum. Nosis
grece latine dicitur infirmitas unde hec
nosocomium locus venerabilis in quo
infirmi curantur. Nosciosus qui vespe-
rtinus videt. Novatiani quidam heretici
a novato urbis rome presbitero exorti
qui adversus cornelium cathedram sa-
cerdotalem conatus est invadere. Heresim
instituit volens apostatas suscipere
et rebaptisans baptisatos. Noys id est mens
et componitur cum prothos quod est primum et dicitur
hec pronoe es quasi prothonoe id est prima
cognitio id est divina mens. Mater tempe-
pronoes maior est filiarum. Et
cum en quod est in et dicitur ennoyma
id est in mente id est accidens quod dicitur esse in
mente quia nullo corporeo sensu percipitur
sed solo intellectu mentis. Vel ideo quia
per accidentia et formas rerum notio-
nem fit rerum que a sensu transferuntur
ad mentem et ideo accidens dicitur esse in
mente. Et hinc ennoematicus a um
id est accidentalis. Unde Isidorus accidentes
diffinitiones vocat ennoyam vel enno-
ematicas quia non substantialia sed accidentalia
declarant

Nubo bis. psi. ptum. olim
erat activum pro maritare. unde
illud. Per eam nubent neque nu-
bentur. sed modo est neutrum passivum
et proprie pertinet ad mulieres ut nubo
tibi. id est maritor tibi et ducor a te in
nuptam. Item nubere. id est tegere et ab
hac significatione tracta est predicta
significatio. quia tunc enim femine nu-
bent primum earum capita teguntur.
Et hinc ab hac significatione hic nuptus
id est maritus et hec nupta. id est uxor quia
vultus suos velat. et nuptus a um. et hic
hec nuptie arum. quia tunc primum in
teguntur capita nubentium. Et sunt
nuptie contractus duorum licita cum ne-
cessitate. spes enim spe prolis cum delecta-
tione et constantia. Unde hic et hec nuptia-
lis. le. id est aptus nuptiis. et nuptiole. arum pro
ve nuptie. Item a nubo nubilis. le. ad
nubendum habilis. et hoc nuptorium vel
nuptatorium. domus vel locus ubi fiunt
nuptie vel ubi nubunt. Nubo componitur
connubium. nuptie vel coniunctio viri
et femine. unde connubialis. le. id est
aptus. Et etiam in et dicitur hec innuba. be.
id est innupta que adhuc nulli nupsit. sed
adhuc vultum suum non velat. Lucanus.
Pronuba ad innubas ipsa est transisse.
Et etiam pro et dicitur hec pronuba que astat
nubenti. et que nubentem viro iungit
ipsa est et paranimpha. et dicitur pronuba
quasi prenuba quia nubentibus preest
vel que ipse nubentem. Item a nubo hec
nubes. bis. quia nubit et tegit celum.
Nubem densitas aeris facit. Convenit
in aerem conglobat nubem. quasi statim
Unde id quod in nubem tegitur aer. Unde
hec nubecula. le. et nubilus a um. id est ob-
scurus. quasi nubi datus. et hoc nubilum. id est nu-
bes vel obscuritas. Unde nubilus a-
nimus obscurus spissus. Ovidius. Tristium.
Donec eris felix multos numerabis
amicos. Tempora si fuerint nubila solus
eris. Unde nubilosus a um et nubilo
as. obscurare spissum facere. Et com-
ponitur annubilo. as. connubilo. as. denubilo.
as. valde nubilare vel nubila auferre.
enubilo. as. in eodem sensu. innubilo. as.
pernubilo. as. obnubilo. as. obscurare
et omnia activa sunt. Item a nube
hec nebula. le. exhalant. in valles. unde
nebulas quod sursum ascendentes nubes fiunt.
sunt. non ipse nubes celi. nebule terre. et
circa terram. vel dicitur neque nebula a nu-
bo quia cooperiat terram. et inde nebulo
as. a um. id est obscurus. et hic nebulo onis.
leccator quia vanus est ut nebula et cito
vanescit. Item a nubes hec nix. ivis. quia
a nube venit. Unde niveus a um. et
nivosus a um. nive plenus. et hic et hec
nivalis. le. et ningo. gis. xi. id est nivem mittere
et est verbum defectivum actionis. et ponitur
tantum per tertias personas. Unde nin-
gidus a um. et ninguidus a um. niveus
candidus. Prudentius in libro hymnorum
Implet quod castra tibi ninguidis. Item
a nix nivo. as. id est ningere. Unde nivi-
sco. scis. inchoativum. Item a nix nivatus a um.
splendidus. et hec nivata. te. aqua que
nubibus vel que nivibus. Item a nubes ni-
ger. a um. quasi nubiger. id est nubem et ob-
scuritatem gerens quia non est serenus
sed fusco opertus. et videtur esse positivum
et comparatur. grior. rimus. Unde nigre-
grius. cinere adverbium. et hec nigredo dinis.
et nigellus. a um. aliquantulum niger.
Unde nigellulus. a um. aliud diminutivum. Item
a niger nigro. as. nigrum facere et in
nigreo. es. ui. id est esse vel fieri nigrum.
Et componitur denigreo et enigreo. et hinc
nigresco denigresco. et enigresco. inchoativum.
Enigreo quasi denigro. as. enigro. as. id est de-
nigrare vel nigredinem auferre. Et est
activum cum suis compositis et producit
hanc sillabam ni in positione. sed naturali-
ter corripitur quod potest videri in niger quod
primam corripit. Subniger quasi subniger. a um. id est
aliquantulum niger. Item a nubes hic nim-
bus. bi. id est densitas nubis intempestate
obscura. et nimbi sunt repentine et
precipites pluvie. sed pluvie sunt vio-
lentes et iuges quasi fluvie vel quasi flu-
entes. Unde nimbosus. a um. tempestu-
osus nubilosus. et hic nubilus ventus aqua
mixtus. Item nimbus est fasciola transversa
ex auro assuta in linteo quod est in fronte
feminarum. Unde nimbatus. a um. nimbo
ornatus. Plautus. Tanto magis eam
aspicio tam magis nimbata est. Item a
nubes hec nimpha. e. id est dea aquarum quia
a nubibus aque veniunt. et hinc origo
et dicitur eadem nimphe que et muse. Unde
immerito non aque motus musicam
efficit. Sed nimpharum diversa sunt
vocabula et diversas eis pretulit Hana-
cree sive vallium. Oreades montium

Conubium

Nubes

Nubes vocat Nebulas

Driades vel amadriades plurale que
arborum. Drias. n. arbor di(citur), nereides
maris, naiades aquarum vel fluminum
nais. n. est aqua unde nais vel naia
est dea aquarum. Nimphe dicuntur quasi
vel sta(n)tes dee fontium. Item nimpha
dicitur ipsa aqua. Unde et nimpha dicitur sponsa
in nuptiis sic dicta pro officio lavandi
quod et ad nomen nubentis alludit
Et secundum eum para quod est iuxta et dicitur
paranimpha. i. pronuba que viro
nimpham iungit. quasi iuxta nimpham
Et dicitur paranimphus. i. internuntius inter
sponsum et sponsam scilicet qui nimpham
viro coniungit sicut legitur de beato Johanne
quod fuit paranimphus domini. Et hic pa-
natus. a. um. i. interpositus. Unde quidam
parte Oracii intitulant panatice. i.
interpositio. Item a nimpha quod est quasi aqua fit
hec limpha. e. mutata n. in l. i. aqua
Et limpha dicitur etiam quidam humor vel spu-
ma in fronte canum qua dispersa per
caput insaniunt et in rabiem vertuntur
Et dicitur a limpha liquore vel admixtione quam
dispergit vel quia patientes hoc vitium
vitant et timent aquam. Unde limpho-
as. i. aquam immiscere vel insanire
Unde limphatus. a. um. Et ipsum limphatus. a. um. Et est nomen dominatum
a limpha secundum utramque eius significationem
limphatus. i. aqua mixtus. Et limphatus
i. insanus. Unde limphaticus. a. um. i.
insanus. Et dicitur limphaticus quia aquam
timeat quem gerit Ierusalem. Vont
Et dicitur hec limphatica qui vitium ex
aqua contrahit cuius vitium est hic
et illud cursu ire. simili vitio af-
ficere aque. Sed poete iam usurpant quasi non
gnat per furiosus vel limphaticus. Et proprie
dicitur canis a limpha quasi liquor. Et quando est
translatum ad alia. Item a lim-
pha limpidus. a. um. purus lucidus cla-
rus manifestus. quasi limfidus et comparatur. Unde
simus. Unde limpide adverbium sine ad-
Et hec limpiditas tis. Et limpido as. li-
pidum facere purificare clarificare
et est activum. Limpha secundum eum sin quod est
con. Et dicitur hec sinalimpha. e. concursus
duarum vocalium in diversis partibus et
diversis dictionibus positarum cum collisione
alterius. Et dicitur sinalimpha quasi liquorum con-
e id est pecudum copia omnis antiquorum
pecunia in pecoribus uel pecudibus erat
unde et ipsa pecunia dicitur que con-
sistit in huiusmodi animalibus sed iam
appellatio istius nominis ampliata est
ad alia / unde pecuniosus a um pecunia
plenus quasi peculiosus / ipsi olim
sic dicebantur qui plurimas habebant
pecunias i· pecora / sed modo ad
aliud transfertur et componitur / unde impecu-
niosus sus sum admodum / et hec pecu-
niositas / Item a pecunia hoc pecu-
niarium locus ubi pecunia reponitur
et pecuniarius a um / Item a pecus
dis uel pecunia hoc peculium idest

l· pecunia

pecunia
nummus.

pecunia de pecudibus habita uel quod
uerius est peculium est paruus census
et corpus patrimonii positum in potestate
filii uel serui / Et nota peculium non
habet potestatem patrisfamilias sed tantum
ille cuius est et adeo proprium est peculium
quod licet filio de eo facere quicquid uelit
preter uoluntatem patris / unde dicitur
ad filias ysrael sortitus sum i· peculium
de cunctis gentibus / et hic et hec
peculiaris re ad peculium pertinens
uel proprius priuatus uel familiaris
unde peculiariter et hec peculiaritas
Item a peculium peculor aris i· peculio
facere uel colligere / et componitur
depeculor aris deuastare dilapidare
pasco componitur depasco aui atum
i· ualde pascere uel corrodere / et est
actiuum cum suis compositis / Et nota quod
passiuum istius uerbi exigit accusatiuum quia in
eo intelligitur accusatiuus relata ad illum
cum illud uerbum attribuitur ut capra
pascitur siluas i· in pascendo corrodit
Pastophorium grece parua cellula
latine dicitur thalamus uel atrium
templi uel gazophilacium uel prima
sacrarium ante templum / et uide quia
pastoforium quasi pastophorium quia foris
sit positum
Pater dicunt greci et similiter nos
dicimus pater / quod autem dicitur
pater quasi pantother i· seruans
omnia a pan quod est totum
et tereo quod est seruare ethimologia est
Pater dicitur multis modis dicitur / scilicet
pro natura pater seminis uel carnis / pro
formalis uel doctrinalis / pro etate
pater reuerentia et dignitate / pater
dicitur naturalis qui gignit / pro similitudine
carnis dicitur qui quamcumque pater
generat filium talem ille generat alterius
et quam curam pater impendit
filio talem ille impendit alteri
pater formalis uel doctrine dicitur magister
qui informat discipulum bonis moribus
et disciplinis / pater etate dicitur
senex tales enim precio appellare solemus
pater reuerentia uel dignitate dicitur
quem reueremur / nam cum reuerentiam
et honorem impendimus sepe patrem
uocare solemus / Et a pater hic patri-
tuus ui· dicitur / et paternus a um / et
pater nalis le unde paternitas et
patrialitas / Item a pater hic
patricius i· uitricus patrimus et q'

patriaster pro eodem et hic patruus
frater patris, unde hic et hic patruelis
-le ad patruum pertinens. et hic et
hic patruelis -lis filius vel filia pa-
trui filii duorum fratrum sunt pa-
trueles inter se. Item a pater patrisso -as
i. patri assimilari patrem imitari in dictis
vel in factis. Terencius in adelfis: laudo
ctesipho patrissas abi virum te iudi-
co, et pater -tris. et hic patrimus
-mi. i. puer superstes defuncto
patre vel patrimes dicitur puer patre simul
et qui a patre et vitrico alitur. unde pa-
trices qui patrem imitatur. Item a pater patrius
-a -um. et hec patria -e que communis patria
omnium qui nati sunt in ea, et est patria
sive civitas, licet ponatur quandoque pro regione
vel provincia. unde patrius honor
dicitur pro ut michi patrius honor i. honor
patris vel honor paternus. patria quasi repa-
tria ab ad patrium veniat. Et hec et hic
compatriota te cum patre. Item a pater
hoc patrimonium i. hereditas patris. et
patricius -a -um nobilis de genere patris
natus vel patricius dicitur qui providet rei
publice sicut pater filio. et patro -as -avi i. fa-
cere vel perficere vel committere vel generare. Et
ab perpetro patrare est opus venerium
consummare. Unde patrato opere ve-
nerei consummato. Et sunt volunt di-
cere patratum opus venerei filium
parere. patro quasi impetro -as -avi
quod petit obtinere in petitione effectum
sive perpetro -as -are committere pre
in malo accipitur. repatro -as iterum
patrare. patro activum est cum omnibus
suis. Item a pater hic patronus i. de-
fensor quia tales affectum clientibus vel
alicui exhibeat ut quasi pater illos regat. unde
patrona et hec patronissa -se. et hic
patronatus -tus -tui. et patrocinor -aris.
i. defendere. Et construitur cum dativo. unde
hoc patrocinium i. defensio. Item a pa-
ter hic patrinus -ni qui cum sit pater
hic alterum vivum, et hec patrina -ne qui
levat aliquem de sacro fonte vel in
baptismo. Unde patres dicuntur patru-
ni. et hic patrinus vitricus, et hec patrina
est sacerdotissa vel uxor sacerdotis vel ma-
trina. Pater quasi eum nomen quod
est nomen, et dicitur patronomicum a nomine si-
a nomine patris. derivatum nomen
Et cum tale et dicitur compatrum ...

et quoque filium eius baptisat vel facit
christianum. et hic paterfamilias qui omnibus
in familia sua preest. sunt tamen pro filiis
pari dilectione consuluit. Sed quod inquit dicunt
sunt hic nomine non dicitur appellari. Et in eadem
significatione paterfamilias -liae. Et dicitur
hic quod est prius et dicitur hic patriarcha -e
summus pater princeps quasi primus i. apostolorum
vel locum sicut romanus antiochen-
alexandrinus. unde hic patriarchatus
-tus -tui eius dignitas vel eius districtus.
et quod et hic patriarchalis -le.

Pateo -tes -tui passivum i. apertum
videri manifestari aperiri
vel diffundi, et dicitur pateo quasi
palam esse et est activum non opponitur.
unde patens -tis et comparatur.
unde patentes. -tia. Item patescens
est. Item a pateo patulus -a -um diffusus pa-
tens, sicut patulum est quod spatium patet ut
animal navis arbor et similia. sed patens
quod ad veritatem patet sicut oculus vel oculi
et hic propatulus -a -um. propatulus -a -um i.
valde patulus et apertus. Item a pateo hec pa-
tina -e i. partago vel patella quia patet.
unde hec patella -le. et hec patinula diminutivum.
patinarius -a -um ad patinam pertinens
vel in patina coctus. unde plautus quo
pacto cum condiatur vel pati-
narium vel assum. et hic patinarius qui
facit patinas. Item a pateo hec patera
est magnus et patens ciphus. et hic pategium
i. gula ad summum tunice vel matelli
assutus vel pallium. aurea forma quia vari-
atum. et hic pategiarius lanitor quia
ornamenta faciunt patere. unde plautus
sume qui sunt pertinet stat ibi fullo
aurifex, miscellus pategiarius. Item a pateo
hec patena i. receptaculum calicis quia patet
sit et diffusa, et vide quod debeat proferri
penultima correpta. sicut versus hic nunc accipit a sperma
patenulla diminutivum. Item a pateo hic passus
-sus quia patet in itinere. unde passim
-a -um i. magnus equus passus i. passim adverbium
i. vero. Item a pateo passus -a -um non et
sparsim i. sparsus et diffusus et extensus. Pateris
unde virgilius erant passis antiquitus passis ad
sidera palmis. Item a pateo patesco -cis
inchoativum et est neutrum. pateo tamen suis quasi si-
gna hic et tunc formatur.

patior

Pathos grece latine dicitur defectus vel passio. vnde patior teris passus vnde paciens tis et secundum quod est nomen compar. cior ssimus vnde paciencius adu. et hec paciencia e. Et est animi vigor adinstar fortune et corporis asperitates equanimiter portans. vnde hec paciencia corporis est tollerancia animi et corporis impunitatis ... comparatur. vnde impaciens tis nomen adu. et hec impaciencia e. Item a paciens passibilis le. le. litas. Et quod impassibilis le. le. litas. Item a patior passus a um. vnde passiuus ua uum. Et quod neutropassiuus a um. et neutropassiuus a um. que dicuntur inter neutropassiua et neutra passiua propter dictum est. Item a patior hec passio onis. vnde hec passiuncula dimi. et quod passionarium liber continens passiones sanctorum vel passio i. morbus. Et quod hec compassio onis. compassio dicitur cum tuo titillat vis mulierum ... passio quidem i. malus affectus eiusmodi ... in extremum. Item a patior hoc patibulum i. tormentum et hec furca. quod furcis capti. et est patibulum minor pena quam crux quia patibulum appensum statim exanimat. sed crux suffixos diu cruciat. et patibulus a um. commixta inhonesta et turpia faciens similis. Item turpitudo. nunquam paciens tibi decet ... Item quod compatior teris i. simul pati condolere. vnde compassio onis. et compassus a um. Item perpetior teris. vnde perpessus a um. valde uel diu pati. Item perpetuus a um. quod nunquam habet finem. sed habet principium. vnde perpetue et hec perpetuitas tis. secundum statum vite quia res aliqua dicitur esse quando habet principium. sed non habet habituram finem. Item a perpetior perpessiuus ua uum. qui ... aliquid pati. et hic et hec perpes tis. i. perpetuus. vnde perpetim plus ... perpetue. Pathos quod patologia i. passionis ... et patogonio ... morbi. Paterniani dicti sunt heretici a paterno exorti qui inferiores corporis partes a diabolo factas opinantur. Patriciani dicti heretici dicti sunt a quodam patricio qui substanciam humane carnis a diabolo conditam dicunt.

Pauio uis ui itum. pauitum i. ferire percutere. vnde hoc pauimentum ti. elaboratum solum cetere vel pallacium quod sepe pede feritur vel quod lapidibus minutis cesum est factum. vnde pauimentatus a um. pauimento ornatus. et pauimentalis le. ad pauimentum pertinens. Item pauimento as. i. facere pauimentum vel pauimento ornare. Item a pauio est podium i. tabulatum super quo iunctim cum trabes sepe feriuntur. Item in podio as. et quod appodio as. supponio as omnia ponimus ... sine ... sunt ... ab ... Item ponitur ... et ... podio te appodio ... supponio istum quod podium supponere ... vel podio instruere vel podio facere munitus. Podium quod quasi propinquium. i. similis locus vel quasi a pro et pudor quia ab eo pudicitia et pudor ... vnde Macrobius de Sat. Affricanus quidem ... est ... quod nobilitatem ... repudia re... ... vnde repudio as. inhoneste reicere vel repellere vel iniuriare vel ... Item repudiosus a um. ignominiosus iniuriosus ... impendibundus ... inuerecundus impudens ... vnde repudiosi et quasi ... Et quod ... Item quod tripudium i. plausus maxime ... qui ... fiat in triumpho percuciendo terram cum pedibus. vnde et per triumpho ... et dicitur tripudium quasi ter podium. i. plausus vel repercussio terre vel tripudium quasi a tria et pes dicitur ... plausus et exultacio facta percuciendo terram pedibus. Item ponitur ... leticia et exultacio gaudio vel victoria. vnde tripudio as. i. tripudio letari exultare gaudere vel victoriari. Item podium quasi repudium dicitur vel repudium quasi a re et pes dicitur i. repulsio vel septem repulsio ... sub testimonio testium ... vel absenti ... repudium ... Item repudio as. repellere refutare. Item a pauio hec pauia vel pausia quoddam genus oliue quam corrupte rustici pusiam vocant ... oleo et suaui ... quod pauiatur i. tunditur. Item hec pauimentum ... que vestis ... leui ... quod ... pissis ... Item hec pauor oris. quod ... percuciat et tendat. vnde pauidus a um. et compauidior ... vnde pauide ... sine ... Item hec pauiditas tis. Item a pauor pauco ... vel ui. timere pauorem ... Item ... pauco ... vnde pauesco et expauesco ... Pauco ... ne ...

perpetuo

perpetua

pau...

et cadet supinus et facit futurum in vi
sillabam et tertia producit. Item a paucus vel
pauper paucitas. ab. frequentativum. frequentatur
paucus pavio. cum pro quibus quia
sit actiuum. Paulus a. um. i. parvus modi
cus. Et hinc Paulus fuit dictus paulus quasi
modicus et tempore, vel paulus mirabilis
mirabilis vel regimine. Et sic dicitur
paupa. Et nota quod non paulus a um
appellatum vel ita absoluit ex eo paulus
quidam inolevit. Et a paulus a um pau
lulus a um et pauxillus a um et pau
xillulus a um. omnia dimi. Unde pau
xillatim adverbium i. parum. Unde plautus
xillatim adverbium illas paulatim accede
re. Sed paucillus hoc nomen ineptum. Et
a paulus paulatim adverbium i. particulatim
pedetentim sensim minutatim. Et hec
pausa e. i. requies quia [illegible]
mini labat. Unde pauso as. i. quiescere
paulum et paululum. Et paulo libet
sunt nomina posita adverbialiter. Et pau
lo quasi paulo post. pauloante vel paulo
sunt due partes posite pro una. Tertia
paulominus ut accentus sit in antepe(nultima)
i. fere adverbium remissiuum. Unde paulo
minus consummavit me in terra. Et sunt
quandoque due partes et duobus accentibus
pronuncianda ut ibi Paulo minus mi
noratus est ab angelis. Paulo absolu
sum compositum enim per. Et paulisper
i. parum per modicum. Paucus a
um. dicitur respectu multi ut multi homines
pauci homines. Et comparatur cior. issimus. Unde
pauce [illegible] adverbium. Et hec paucitas
Et pauculus a um dimi. Et hec pauce
dinis. Et hec paucitudo. inis. in eodem
sensu. i. paucitas. Et componitur [illegible] paucies
[illegible] i. paucus et rarus. Et inde [illegible] po
adverbium. Paucus [illegible] a
um. et perpaucus a um. i. valde paucus
Pavo. onis. de sono vocis nomen
Pauliani quidam heretici a quodam
Paulo dicti sunt qui dixerunt non Christum fuisse
semper, sed a Maria sumpsisse initium
Paxean lauis carmine. Paxcmatia
[illegible] panes qui vulgo dicitur [illegible]
Pecto tis. xi vel xi. vel [illegible]
pectui secundum [illegible]
hoc modo ne [illegible] et vado
[illegible] Et facit supinum [illegible]
i. pectinare [illegible]
[illegible] Et [illegible]
Et inde impexus a um i. non pexus [illegible]

In sermonibus. Impexum secundum [illegible]
[illegible]. Item a pecto pexo. as. frequentativum
a quo pexitas ad aliud frequentativum. Item a pec
to hic pecten inis. instrumentum pecten
di et texendi quia fila telarum reddat
pexa et informat. Pecten etiam dicitur
plectrum cithare. Et inferior pubes
viri vel mulieris, et quidam piscis. Iuv(enalis)
[illegible] Pectinibus patulis iactat
se molle tarentum. Et inde pectino
as. i. pectere. Et hoc pectinarium locus
ubi pectines ponuntur. Et hic pectinarius
et hec ria qui vel que facit pectines
et pectinarius a um. Item a pecto hoc
pectus oris quia mulieres in pectore
solent sibi pectere capillos, vel
dicitur pectus a plecto tis quod est flec
to tis quia sit plexum inter partes
eminentes mamillarum, vel dicitur a
specio tis. Alia quidem animalia pe
ctus habent ad terram oppressum et ab
aspectu remotum. Sed homines pectus
et erectum utpote plenum rationis et
ideo non decebat latere. vel ut dicitur pe
ctus quasi [illegible]. Unde hoc
pectusculum dimi. Et pectorosus a um
et pectorosus a um magnum habens pe
ctus. Et hic et hec pectoralis et hoc le. ad
pectus pertinens. Et hoc pectorale lis
zona circa pectus. Et pecticus a um
i. digestibilis. Et per compositionem expe
ctoro as. i. expellere, firmatum
a pectore removere. Pecto is quo
pecto tis i. simul pectere. Depecto tis
valde vel deorsum pectere. Repecto
i. iterum vel retro pectere. Et est actiuum
cum omnibus predictis. Pedos i.
puer. et agoga dux vel ago. Et dicitur pedago
gus qui secum puerum studeret. Sed
cui parvulus assignatur. Et dicitur sic quia agat
et ducat pueros, et lasciuientes refre
net et erudiat. Item et papias. Unde hoc
pedagogium magisterium officium pe
dagogi circa pueros, vel locus ubi pueri re
sident. a pedagogo. Pegasus mons
[illegible] fabulata fuit [illegible]
Et pegasus diuinus equus et alatus
de sanguine gorgonis natus. Unde pegaseus a um.
Pello. lis. pepuli pulsum vel
pultum secundum antiquos. Unde
pulto. as. frequentativum. Unde Terentius
Cesso iam pultare quasi hostium
vicini. Sed a pulsu fit pulso as.
frequentativum.

pecten

A quo pulsito. as. unde fit. Et compositum impulso. as. et repulso. as. Omne pulsare et derivata a composito de pello. lis. Item a pello pulsim adverbium et hic pulsus. sus. sui. Item pellicio. as. unde fit. Et hoc pessulum et hoc pessellum sera lignea qua firmatur hostium. Item hec pelta. te. scutum brevissimum in modum lune factum quo amasones utuntur maxime. Unde iii. libro regum. Fecit Salomon ducenta scuta de auro puro. Item tercentas peltas de auro probato. Item a pello hec

hic pellis

pellis. lis. quia extrahat iniurias corporis tegendo pellat. Unde hec pellicula diminutivum. Item pelliceus. a. um. pellibus indutus vel magnam et grossam habens pellem. Item hec pellicia. e. indumentum corporis quod de pellibus fit. Et hinc pelliciatus. a. um. pellicia indutus. Item a pelle hic pellis vel galea ex corio vel pelle. Et hoc pellicanum vel re. ris. pellicula que pendet ante pectus hominis quasi pellicanum. vel sic dicitur a palo. as. quia vagatur hinc et illinc et fluitat vel a palea quia admodum palee fluitat hinc et illinc. Hinc et paleacia dicuntur quasi partes inguinis que sub illa pelle colligantur. Item a pelle hic et hec et hoc pellax. cis. fallax. fraudulentus. dolosus. dicitur a pelle. id est a colore. Sed ut fallat credet. Sed inconvenientiam nunc gerit. vel dicitur a pellicio. Et ut superius diximus. Item a pelle pulcer. cra. crum. a pre et i. pelle. quasi sine ... pulcritudinem in superficie cutis. Et compara. cior. cimus. Unde pulcre. cius. cime adverbium. Et hec pulcritudo. dinis. Et hic perpulcer. a. um. id est valde pulcer et non compar. Unde pulcer. Hec dicuntur de corpore

hic pilus

transferuntur tamen ad animam. Item a pelle hic pilus. li. quasi pelus quia a pelle prodit. Unde pilosus. a. um. et comparatur sicut primus. Unde pilose. sius. sime adverbium. Et hec pilositas. tis. Et hinc pilosi dicuntur quos greci panitas latini incubos appellant sive inuos ab ineundo passim cum animalibus.

Incubi
Incubones

Unde et incubi vel incubones dicuntur ab incumbendo. id est stuprando. Sepe enim improbi existunt mulieribus et earum peragunt concubitum. quos demones galli dusios nominant quia assidue hanc peragunt immunditiam. Sed quem vulgo incubonem vocant hunc romani faunum ficarium dicunt. Hunc alii satirum vocant. Item a pilus hec pila. le. ludus alchus muzeligus quia pilis interius tunditur vel quia eius pilus est ... Unde in vita beati Sampsonis legitur. Quidam clericus fecit venenum et probavit per pilacem esse mortiferum. Et hec pila. e. pilacellus cum quo luditur quia sit pilis plena. Pila etiam dicitur thaberna. Pila dicitur pes pontis vel quod sustinet parietem vel effigies hominis in compito posita. Et pila instrumentum concavum in quo frumentum teritur. Et pila etiam dicuntur quedam tela romanorum. Item pilum dicitur quod prodit de pelle. Et pilus dicitur instrumentum cum quo teritur in pila sed dicunt in tercio et penultima quod pila pro thaberna et pro instrumento et pro tela primam producit. In aliis significationem corripit. quod ostenditur istis versibus:

Est pila pes pontis pila ludi pila thaberna. pila terit pultes in bello pila geruntur.

Item pilum primam producit pro instrumento. alias dicitur cum corripit. Unde quidam versus: ... terit est pilum. pilus est in fronte capillus pila. Et pilacellus. Compositum pilocrepus. a. um. et pililudius. a. um. et ludipilus. lum. qui cum pila ludit. Item a pilus pilo. as. id est pilos auferre. Et compositum compilo. as. id est simul pilare. depilo. as. expilo. as. Pilo dictum est cum suis compositis et cum hac dictione corripit hanc sillabam pi. Item a pilus hec pluma. e. quasi piluma quia sicut pili in corpore quadrupedum ita pluma in avibus. Unde hec plumula. le. et hec plumella. le. diminutivum. Et hoc plumacium id est cervical vel pluteum. Et plumatus. a. um. plumis tectus. Et plumosus. a. um. id est plumis plenus et comparatur. Unde hec plumositas. tis. Item a pluma plumo. as. id est pluma tegere vel pingere ornare. Et compositum deplumo. as. et explumo. as. id est plumas auferre. Item a pluma plumarius. a. um. ad plumas pertinens. Unde plumarium dicitur opus in modum plume sectum et depictum. Et hoc plumatium id est cervical vel sarptorium. Et plumeus. a. um. quod est de pluma. Item a pluma vel a plumo plumesco. scis. cere plumas habere vel emittere. Unde plumesco inchoativum. Item a pluma hic pulvinus. ni. id est cervical. id est de plumis quia de plumis fiat. vel a pullis quia de plumis pullorum fiat. Unde hic pulvillus. li. Et hoc pulvinar. ris idem. sed pulvinus. pulvinus et

pulvinar dicunt quoque ipsi lecta vel
lectisternia que sternebantur in templis
unde et ipsa templa et festa dicuntur
pulvinaria, sed pulvinus proprie cervical,
vel pulvinar regum et di-
vitum. Pulvini etiam sunt machine quibus
naves deducuntur et subducuntur in
portu. Pluma componitur cum et implumis
et hic et hec sine pluma sive barba.
Juvenis implumes thalamus quo re-
ctus quo fuerunt. Item a pilus hec
pilosa, -e, i. res ornata tecta piloso
opertum. Pilus quoque hic capillus quasi
capite pilus secundum quod hic super pellis dicitur.

pileus Item a pellis hic pilleus et hoc
pilleum quia de pelle fiebat, et est
genus sacerdotalium vestimentorum. In lege
que sunt poderis abaneth pilleum
machir ephot logion petdalum batin
sive feminalia. Et dicitur pilleum ex bysso
rotundum quasi spera media caput
tegens sacerdotale et in occipitio vitta
constrictum. Hunc greci et nostri tyaram
vel galerum vocant, sed non pilleum
sed modo pileum quod pro capello accipitur
vel pileum dicitur a pilis vel quod pilos
capitis tegat, vel quia ex pilis fit, unde
hic pileolus vel -lum dimi. Scaculo unde
omni pileolo solvat commoda tribulis,
et pileatus, -a, -um, i. pilleum habens
vel pilleo indutus. Et pilleo -as pileum
induere, et componitur depilleo -as
expilleo -as pilleum auferre. Pellis quasi
pelliparius pergamenarius qui paraт
i. preparat pelles et versipellis de quo
postea dicetur et depelliculo -as edor
decipere. Item a pello -is hoc pellum
quoddam genus teli et dicitur romanorum,
et a pello quia pellitur et emittitur
et retorquetur unde hic pilanus, i. qui
cum pilo graditur armatus et pilatus
-a, -um pilum habens vel pilo ornatus et hec
et hec pilata -e pro compositum i. fiunt sine
latis quia tamen pilo latitat. Et componitur
hic primipilus et hic primipilarius
et hic primipilaris in eodem sensu,
i. vexillifer qui portat primum pilum
ante regem i. vexillum unde hic et hec
primipilaris et hoc -re, et hic primipilatus
-tus -tui i. dignitas vel officium pri-
mipili. Item a pello vel impello hic
pulvis vel pulver quod pellatur et tollatur
a vento unde pulvereus, -a, -um quod est
de pulvere vel ad pulverem pertinens,
et pulverosus, -a, -um pulvere plenus,

et pro compositum pulverulentus, -a, -um
in eodem sensu. Et utriusque comparatur,
unde hec pulverositas et hec pulveru-
lentia, -e. Item a pulvis hic pulex, -cis, -ci

pulex quia ex pulvere nascitur vel quod magis
ex pulvere nutritur unde pulicosus, -a, -um
plenus et habundans pulicibus unde hec
pulicositas plenitudo et habundantia
pulicum, et pulicarius, -a, -um et hoc
pulicarium et hoc pulicetum locus ubi
pulices habundant. Et hec pulicaria
herba quia semen simile pulicibus
habet, unde et camelorum herbam puli-
cariam ponit. Et pulex sit licet ma-
gnus nullus sane mentis dubitat.
Item a pello -lis pello -as i. voce
quod non est in usu et utriusque componitur
cum ad et appello -as i. ad iudicem
alium voce vel audientiam altius
iudicis postulare. Appello -lis appuli
i. ad portum venire vel impellere, et
appellere i. applicare ut pergens poeta
animum suum ad scribendum appulit
i. applicavit unde hoc aplustre -stris idest
gubernaculum navis. Juvenalis vide
quod taurenis amplustre. Compello -lis
-li i. impellere et coadunare, ut ille compu-
lit me ad hoc i. impulit, et ibi compu-
leratque greges civitas, id est coadunaverat, ut Virgilius compulerantque greges Theodolus compulerat quoniam greges puri tybrie sub amena rapinas
coridon et tirsis in unum unde compulsio
-nis fit. Depello -lis depuli i. decerssim
vel de uno loco ad alium pellere. Dis-
pello -lis dispuli diversis modis vel in di-
versas partes pellere. Expello -puli quasi extra pellere.
Impello -lis -li quasi intro vel ultra pellere
unde impulsus, -a, -um et impulsus, -us, -ui.
Interpello -as i. interrogare interdum aqua vocare
et alloqui. Propello -puli porro vel
ante pellere unde propulso -as frequentativum. Per-
pello i. perfecte pellere. Oppello -lis
undique vel contra pellere. Repello -lis
retro pellere unde repulso -as frequentativum, et
hec repulsa, -e i. repulsio. Suppello
-lis surripere quasi subtus pellere. Pello
et pello -as cum omnibus suis quere supra in aca.

pelagus Pelagus interpretatur latitudo unde
unde hoc pelagus et hoc pelagus
latum est profundum mare vel
altitudo maris sine portu et
littore unde hic et hec pelagius -ie et hec pela-
gia magna navis pelago apta. Et pe-
lasgus, -a, -um grecus. Greci dicti sunt pela-
sgi a pelago quod per pelagus ut dicit Varro
primo ad Italiam applicuerunt, vel sic dicti
sunt a pelago Larisse et Jovis filio unde
hec pelasgia -as, idest grecia. Pelagiam

quod heretici a pelagio monacho exorti
sunt qui liberum arbitrium divine gratie
anteponunt dicentes sufficere voluntatem
ad implenda iussa divina Pelorus mons
sicilie dictus a gubernatore hanibalis illic
sepulto unde hic pelorus ri quod etiam grece ostrea
quia ibi abundant Pelusium et pelusius di quidam
pilus pisces et omnia papirum imitatur vel quod
vos primum sicut petasunculus et vasapela
inde et vetus afrorum epigramma
bulli Peno grece latine dicitur nutrio unde
hic penus nui et hec penus nus et hoc penum
ni et hoc penus noris et hec penu in
in hoc penu indeclinabile et hoc penus oris
omnia in eodem sensu id est cellarium quod in eo reconduntur
ponuntur unde homines muniuntur et in
hic penarius id est cellarius et penaria ad pe
num pertinens et hec penuria id est inopia ege
stas paupertas et inde quod in penore est pe
no quod penora est omnia que necessitate
ad victum cotidianum Pene adverbium
remissum id est fere unde penitus adverbium inter
tivum id est omnino unde penitus a um siue
tius interior intima unde dicitur penitus quasi
pene intus vel potius quasi pini intus unde
penitior tap. Vti secum penita mundi pe
nearet et compa. tior simus unde pene
tia siue ad et hii penates tum do
mus interiores inde vel domestici et pena
ti dei dominus presidentes quos antiqui
in domibus colebant et eorum imagines
in domibus habebant unde et dicti sunt pe
nates quia penes nos nati et est aduerbium Item
a penitus penetro as per tusis perforare pe
nitus intrare vel pervenire id est totum intrare et
ancipis intrare vel pani id est toto intrare et
est actiuum unde hic et hec penetrabilis le Pene
trabile quod penetrat vel aptum est pe
netrare penetrabile quod penetratur
vel aptum est penetrari ponitur tamen quandoque
unum pro alio ut frigus est penetrabile id est
aptum penetrare et hoc penetrale vel
penetral lis secreta camera secretus et
interior locus in domo vel in templo ubi
dabantur oracula et dicitur a penitus vel pene
tro et quandoque ponitur pro domo et penetrale
et impenetrabilis le Penetro as
repenetro as suppenetro as et e activum
cum suis compositis Penes prepositio est et desinit
actu id est apud vel erga
P endo dis pependi pensum id est
suspendere vel continuare et pende
explicare reddere solvere vel persolvere
unde pendo dis et sic in prima
et in supinum pepedi et pensum
est sicut passionis inclusiue nature similiter et vel
pensum unde quinque pendeo dis pensus
pende dum sit et vetus pondus est a pendo
hoc pondus deris omnis vel quantitas vel quod
trutinatur et mensuratur et dicitur a pendendo
quia in statera libratum pendeat et quod
pensum dicitur quasi pondus sed abusive pondo
una libra vel unius assis et dispendium
dictum est quasi duo pondera id est due libre vel
duo asses et sunt diversa nomina pon
derum in trutina que et moneta dicitur
et statera campana examen calculus pi
liqua ceratis obulus scrupulus dra
gma coclearium olche triatus anita
bulum denarius solidus sextula stater
quadrans siclus uncia libra mi
na talentum centenarium Et a pon
dus quasi ponduscalus dicitur et ponderosus a um
quis et quod unde ponderose adverbium per compara
tionem et hoc pondero ras Item a pondus
hoc pondo indeclinabile et pro quod libra
et ponderoso unde in vita sancti nicolai
legitur quod auri pondo tum virgini
adeunt puellas Et pondero as id est tu
tinare vel granare et equipondero
as equaliter ponderare et perpondero as
pluralitate pergranare et extollere pro aliis
ponderare Pondus est et sempondium
id est dimidium pondus et hoc dispondium sed
melius dipondium id est duo pondera scilicet
quasi pondus ex duobus assibus compositum
unde in evangelio nonne duo passeres
veneunt dipondio Item a pendo pe
dimus a um quod pedes et clenarium est
et hic penis nis id est cauda equina quia
pendeat et suspensa fiat et hic penis is
id est papa ville mediocrius quod pendat vel
quasi suspensa fiat vel penis dicitur a pe
quia suspensa fiat Vel penis dicitur a pe
netro eo quod est eius officium scilicet intro
nectere ad quid est eius officium est integ
humani quod Item a pendo quasi penicillum
li et quid penicillum et hic penicilla id est
li et hoc penicillum et hic penicilla i.
mollis quasi spongie ad tergendos hu
mores et scutellas sed hic penicillus li di
natur a pannis quasi panniculus sed quod
penicillus cum quo dicti tergitur unde
terentius in eunucho terans ignavie pe
niculos putas pugnare Item a pe
do hec penula le et pallium quod est
apte cum longis fimbriis Vel dicitur pe a
penis qui magnum est vestis ventus
et apud quos mirum habitur Item Multis
stellate penula nimis est Et penulatus
a um id est pallio indutus vel id est palliu

hus. Item a pendeo hec penna ne. quia
pendet .i. volat quia auxilio pennarum
monentur aues et volant vel penna
dicitur a pennum quod est acutum quia acu
ta sit. vnde hec pennula dicitur et pennigi
ta. et pennatus a. um. et penno
a. um. et pennis tego vel orno. et componitur depe
no. as. expenno as. i. pennas auferre
inpenno as. pennas immittere. Penne
impli. Item a pendeo hec et hec pensilis et
hoc le .i. leuis Scriptura n. sunt leuia
et pensilia. i. vanum pondus in se habent Vitissimum
pro. dolia pensilibus plurimus atque illuc
despiciat nos. vnde pensile adverbium .i. le
uiter. et hec pensilitas tis .i. leuitas et
componitur prepensilis le .i. valde leuis pre
pensilitas. Item a pendeo hoc pen
sum .i. dubium cogitatum consilium
quia cum aliquid deliberamus pendemus
.i. in pendulo et dubio sumus. et hoc
pensum dicitur mulierum scilicet lana vel li
num ad opus datum vel filatura. et
a pendeo vel pondus quia ad pondus
vel ad mensuram datur. et hinc penso
as .i. cogitare deliberare vel ponderare
examinare equare. et secundum hanc significationem
potest esse frequentativum a pendo dis. Appendo quasi
appendeo ab aliquo pendere. Compen
deo simul pendere. Dependeo des
.i. deorsum pendere. Dispendeo des
diuisim pendere vel in diuersas partes pendere.
Propendeo des impendeo. des. imminere
ingruere. instare. Suspendeo. Pendeo
neutrum est cum prius quod hoc. Item a pendo
hec pensio. onis. libratio equatio vel
ponderis equalitas. et pensio pretium
solutio vel ipsum tributum vel pretium
quod datur pro agro ad pensionem conducto.
vnde pensionarius a. um. ad pensionem
pertinens vel qui pensionem reddit.
Item a pendeo pensus a. um. pro solutus
vel suspensus vel ponderatus libratus
equatus et secundum hoc dicitur pensior et
vnde pense pius prime. adverbium. vnde in epistola
pape Felicis in epistola pro ponti sit
in celesti militia que pense seruanda est. Item a pende penso
as. frequentativum .i. frequenter pendere vel equare
a quo pensito as. alia frequentativum. Marti
alis Zelo patris pensitat innumera
pensitat pede quasi appendo dis. suspendere
vel librare ponderare vnde appensus
et appensio. a. um. et hec et hec appendix
et quod deni appendendo adiicit
vnde hec appendix dicitur mansiuncula
que magne domui adiicit. sic que
apendix palati id est qui torum diui
sum in duo latera. vnde persius alias
aut quid apendicis vel hec apendicula vel
et apendicia a. um. Compendo dis.
simul pendere reddere persoluere vel ter
minare equare vnde compensator et qui
libenter reddat quod debet. et compensus a.
um redditus vel terminatus. et compendi
um quicquid est breue vel vtile vnde
Statius Thebaidos breuiter compendia
plura. et hinc compendiosus a. um. breuis
et vtilis. vnde compendiose adverbium ut
iste locus compendiose .i. breuis et vti.
et hec compendiositas. Item a compendo
compenso as. frequentativum terminare vel ite
rum terminare donare. Et quia re
compenso as. reddere persoluere remu
nerare vel iterum terminare equare.
Dispendo dis. largiter donare expendere
vel ordinare diuidere vnde dispen
sor et dispensus a. um. et hec dispe
sa. se. et hoc dispendium .i. nimia
largitas nimia dispensa. et dispendium
dicitur quod est contrarium compendio
longum et inutile vnde dispendiosus dispe
diosa dispendiosum. longus et inutilis
et dispendiose. dispendiositas. Item
dispenso as. frequentativum quia largiter donare
diuidere disponere vel deliberare. depende
dis. persoluere soluere vel vendere vel
deorsum pendere. expendo dis. vnde
hec expensa est. impendo dis. i.
donare exhibere vnde hec impensa
est. et hec impendium ambo pro
expensa vel dispensa vnde Iosephus
in tempore Senollari templum impe
dijs ex meo facte. et impedio adverbium
.i. sedule et intente. Terentius in
Eunucho Animus meus impedio ma
gis adaugebat. et impendium est
inuenitur pro studio et sedulitate
vnde impendiosus a. um. i. sedulus
et intentus vnde impendiose adverbium
et hec impendiositas. Item ab impe
do impensus ab frequentativum. propendo dis
extendere dilatare vnde propensus a. u.
.i. extensus parsimus compone apte

perpenso sexquipedale arcu et perpendo
dis intelligere considerare animadvertere
advertere Papias Unde hoc perpendiculum
li. illud unde lapides fermantur et
suspenduntur / et perpendiculum dicitur
illud instrumentum cementariorum
quod alio nomine dicitur amussis
et plumbatum quod ipsi demittunt
ad perpendendam rectitudinem parietis
vel equalitatem muri. Unde perpendi-
cularis re ut perpendicularis dicitur
linea que sursum in deorsum recte
dirigitur / rependo dis reddere remu-
nerare / suspendo dis sursum pendere
Compositum de inrepilomus pendo preci-
pendo vilipendo floccipendo naucipendo
nichilipendo minimipendo omnia pro
contemnere parvum appreciari / pendo
et eius composita omnia sunt activa et faciunt
supinum in pensum et preteritum in pendi.
Simplex tamen geminat primam sillabam
in preterito et facit pependi. Sed nullum
eius compositum geminat sillabam in preterito

Hec pena e dermatum a
pendo is sed per plicitatem
de eius divisum litanima
et pena a pendo quia penam
qui debitum pendimus. i.
solvimus et sustinemus pro forefacto / et
sunt octo genera penarum in legibus
scilicet dampnum vincula verbera talio
ignominia exilium servitus et mors
Item pena et supplicium differunt / pena
sine sanguine esse potest sed supplicium
non nisi cum sanguine / vel supplicium
proprie dicitur cum quis ita dampnatur
ut bona eius confiscentur et in pu-
blicum redigantur Unde hic et hec
penalis le. liter / et penalitas tis
et punio is ivi itum. i. penam irro-
gare Unde punitus a um et comparatur
Et compositum impunitus a um et sic comparatur
Item punio vel pena compositum impunis
et unis / et hoc et hec impunis et hoc ne
in eodem sensu. i. non punitus sine pena
et quandoque impunis dicitur immunis
et inde impune vel impunite adverbium
et hec impunitas Item a pena pe[n]iteo
tes tui quia penam agit ut penitentia
Unde penitere dicitur quasi penam tenere
et est ethimologia / et penitet compositum
cum genitivo ut penitet peti Unde penitet
impersonale quod construitur cum accusativo et
genitivo ut penitet me peti et hec utitur
sed quandoque personali ratio utitur nisi
in divina pagina Unde penitens a quo

hec penitentia e quasi punientia qua
anima cruciatur et caro mortificatur
et est vera et perfecta penitentia perpetrata
mala deflere et futura non admittere
Et penitens compositum impenitens Penta
grece latine dicitur quinque et componitur cum
coste quod est decem et hec pentecoste
tes vel hec pentecosten inde quia
quinquies decem dies sunt a resurrec-
tione usque ad pentecosten Iterum componitur
cum teucos quod est volumen et dicitur hec
pentateucus. i. liber distinctus quinque
voluminibus ut sunt quinque libri Moysi
Item componitur cum multis aliis de quibus sermo
possit vel sequetur Hoc pennum dicebant
antiqui acutum Unde hec penna dicitur
acumen vel extremitas ferri acuti
sed penne avium sunt. pinne murorum
vel templorum vel arcium tangentes vel su-
mitas / et a penna hec pennula e
vel a pendeo ut quidam Et penna
componitur cum bis et dicitur hec bipennis nis
i. dolabrum quia habet duas acies
scilicet ante et retro / et hic et hec bipennis
et hoc ne Invenitur masculinum declinatum
Item a penna hec penula le summa
pars muris ab acumine sic dicta
Penteros grece latine soror penteros soror
Hoc peplum est matronale pallium
de purpura signatum cuius fimbrie
aurei seminis summite resplendent
et ut dicunt proprie capitis est Pepo
onis. i. melo onis et componitur quasi
melopepo quoddam genus melonis
Peon quidam medicus fuit a quo peo-
nia herba precipue inventa / Haut
quidam glyceridem vocant quia dulcis
saporis sit vel pentorobinam a nu-
merorum vel ut archiatri dactilos
a digitorum similitudine Item peon fuit
quidam auctor a quo quidam pes
inventus dictus est peon / et constat ex
quatuor sillabis quibus peon sunt eius quatuor
peonices et sunt quatuor repertus peon
primus constat ex prima longa et tribus
brevibus peon secundus ex secunda longa
et tribus brevibus peon tertius ex tertia longa
et tribus brevibus quartus ex quarta longa
et precedentibus brevibus Unde peonicus a um
et peonicus a um Peri. i. circum
vel de et componitur cum frasis quod est
locutio et perifrasis. i. circumlocutio
et hec perifrastes a para quod est iuxta
vel a para-as et frasis. i. loquax
qui nimie loquacitatis vel loquacitatem
vel paratus vel promptus ad loquendum

vel parafrastes, ipse dicitur non diserte non bonus sed malus interpres. Peri grece et frasis componitur hec perifrasis, id est circumlocutio, cum una res pluribus verbis fatur et describitur; et in rethorica iste modus loquendi vocatur circuitio. Unde perifrasticus, a, um, ut iste loquitur perifrastice, et perifrastice in eodem sensu. Item componitur cum logos quod est sermo vel ratio et dicitur perissologia, id est adiectio verborum plurimorum supervacua, ut vivat Ruben et non moriatur, cum non sit aliud vivere et non mori. Item peri componitur et dicitur peripateticus, a, um, id est circumambulans vel ambulans. Unde peripatetici dicti sunt quidam philosophi a deambulatione, quia circum circa calcantes vel ambulantes, quia Aristoteles auctor eorum deambulans disputare solitus erat; vel quia perambulabant de scola ad scolam disputantes et inquirentes, ut melius sue sententie possent adiungere. Item a peri quod est circum et simus, a, um, quod est cibus vel semus, quod est imperfectus vel secus, componitur hec peripsima, atis, purgamentum quod exit de tritico cum ventilatur, vel purgamentum pomorum et rasura et limatura unguium, vel quia circum circa reseratur et diminuitur. Item componitur cum amblo et dicitur peribolus vel hoc peribolum, id est deambulatorium, deambulatorium, spatiatorium, peribolatorium. Unde in Ezechiele fecit murum qui erat exterior ad deambulandum et cingebat gazophilacium. Item componitur cum metros quod est mensura et dicitur perimetrum, id est linea circum circa mensurans; et cum oda quod est via, et dicitur periodicus, a, um; periodice febres sunt quas quottidianas, tercianas, quartanas vocamus, dicte sic quia certis temporibus circulo moveantur. Et cum petasma, quod est velum vel tentorium vel cortina vel potius quelibet adiectio vestis in circuitu. Unde peripetasma dicitur superior pars in cortinis que depicta est; inferius peripetasma dicitur quoque limbus. Et cum zoma quod est corpus, et dicitur hoc perizoma, tis, sed pro duobus semper (?) sepe, sicut hic; et perizoma, tis, quedam vestis hominum antiquissima, id est succinctorium femorale quo genitalia tantum teguntur. Alii dicunt quod sit tunica foliis consuta qualem dominus fecit Ade post lapsum. Et cum tomos quod est incisio, et peritomum,

id est circumcisio. Et dicitur peristroma, atis, id est tegmen vel tegmen vel accubitus. Et cum arcos quod est princeps, et periarchon, id est de principibus. Componitur quoque cum multis aliis partibus de quibus singulatim melius tractabitur. Item a peri quod est circum dicitur pero, onis, quoddam calciamentum rusticorum amplum et latum, quod alio nomine dicitur culponeus (?); et a peri quia pre nimia amplitudine circum circa vagatur. Unde peronatus, a, um, id est peronibus calciatus. Unde Persius: peronatus arator. Et hec pera, e, sacculus qui tasca vulgo dicitur, quia lata sit et sinuosa. Unde perula, le.

Perio, ris, rui, ritum, id est docere, instruere, probare, a quo dixerunt quidam esse composita apperio et comperio et similia que supra dixi; imo esse composita a pario, sed est verbum iam absolutum, sed quedam ab eo derivata adhuc retinentur, scilicet peritus, a, um, doctus, instructus, sapiens, et comparatur -rior, -ssimus. Unde perite, -rius, -ssime adverbium. Et hec peritia, e; et componitur imperitus, a, um, et similiter comparatur. Unde imperite, -rius, -ssime adverbium, et hec imperitia, e. Item a perio hoc periculum, li, id est experimentum. Unde Terentius in Eunucho: facit periculum in litteris, facit in palestra. Et hinc periclitor, aris, id est experiri. Unde Plautus in Amphitrione: periclitatus sum animum tuum. Hoc pergamum, mi, quedam civitas. Unde pergameus, a, um, et hic pergamenus, a, um, et hoc pergamenum, id est carta, quia ibi primo fuit inventum et excogitatum. Hic Perseus, sei, quidam rex qui quandam terram debellavit et ex eius nomine dicta est hec Persia, e, et hec Persis, idis, et Persida, e. Unde Persicus, a, um, et persicus, a, um, et hec persica, e, et hec persicus, quedam arbor in primis advecta vel persicus a Perseo rege qui in Egypto primus sevit illam. Unde hec persica, fructus illius, et hoc persicetum, locus ubi persica crescunt; et persicus, a, um. Perseus componitur cum polis quod est civitas, et hec persepolis, quedam civitas quam condidit Perseus. Pesti grece, latine humor dicitur. Unde hec pestis, quidam morbus quo scilicet membra dissolvuntur et putrescunt. Vel dicitur pestis quasi pastis a pastendo, quia velut incendium depascat dum descendit per totum corpus; et gignitur ex corrupto aere. Eadem dicitur

et contagium vel contagio a con-
tingendo quia quem tetigerit pol-
luit vel quia tactu unius descendit
per omnes / ipsa et inguina ab in-
guinum percussione / eadem et lues
a labe vel luctu vel luendo dicta
quia tanto acuta est ut non habeat
spacium temporis quo vel vita speretur
vel mors sed repentinus morbus
simul cum morte venit / unde hec
pesticula le di / et pestifer a um
et pestuosus a um ambo pro peste
plenus unde pestuose adverbium / et hec
pestuositas / et componitur cum lentus et
pestilentus a um et hic et hec et
hoc pestilens tis i plenus peste et
veneno comparatur cior ssimus / unde
et pestilente et pestilenter cius ssime
adverbium / et hec pestilencia idem quod
pestis sed proprie pestis est non ipsius
morbi / pestilencia vero est illud quod
ex se efficit / unde et pestilencia
quosdam quasi pastulencia quia sicut
incendium depascit dum descendit
per totum corpus Item pestis componitur
pestifer a um et hec tempestas tis
et quasi tempus pestis quia et dicitur
tempestas tempus et tunc derivatur
non a tempore / et hinc tempesto as
molestare tempestate destruere dissi-
pare vel tempestatem facere / et
tempestuosus a um tempestate
plenus et tempestas unde tempestuose
sius ssime adverbium et hec tempestuositas
Peto tis ivi itum i querere
postulare / unde petitor petitio
unde hec petitiuncula di /
Item a peto hic petitus tus
tui et petinus vel petitus
a um qui frequenter petit vel qui ciat
aliquid petere et petilius a um qui
supra petit et hic petilus ti gracilis
strabo aliquantulum scilicet cuius oculi
quadam velocitate cito volvuntur huc et
illuc et hec petita gracilita aliquantulum
straba / et hic petulus equus qui
albos habet pedes et hec petaso onis
i perna porci scilicet baconus Marcialis
coquus et pultem dubiam cum
petasone vorat / et hinc petasunculus
di / Juvenalis vicinus petasunculus
et vas Item a peto hic petasium vel
hic petasus quoddam talarium tectum
mercurii advolandum / unde et dicitur
petasus quasi petens superiora vel dicitur
petasus a peto greco quod est volare
Marcialis petaso ac talaribus galeatus
cepit volare mercurius Item a peto
petulcus a um impetuosus i petulans
unde et metricus petulcas vocamus
et petulcus luxuriosus qui sepe petit
coitum quod proprie de animalibus irraciona-
bilibus dicitur / et dicitur petulcus quasi petens
volens / unde petulcor aris importune
petere et proprie coitum luxuriari lasci-
vie animum dare / in petulans
luxuriosus lascivus importune petens
plus petens / unde et proterve dicitur
quia petulancia et protervitas vicissi-
tibi quadam mutuo iunguntur insania
ut plus velint / petulans tenacitate
lascivus ludo et comparatur cior ssimus unde
petulanter cius ssime adverbium / et hec
petulancia e Item a peto hec peto-
rita quoddam genus currus dicitur
essedum festinat polenta petorita
et hoc petalum i forma marmorea
ad instar tessere quadrata / unde
pavimenta templorum et domorum et
palaciorum quidam sternebantur / Josephus
in unum stravit autem pavimentum
templi petalis aureis / et petalum
est lamina aurea in pectore pontificis
vel in fronte que illud nomen dei
ineffabile tetragramaton quatuor
litteris hebraicis habebat scriptum Item
peto componitur cum aura et hic
petaurus quidam ludus quo homines
a carpentibus mittuntur in auras
et petaurus quasi petens auras vel
petaurus quasi petens thauros In
affrica sunt quidam thauri ita
edocti quod cum cornibus emittunt homines
in auras et illesum inter cornua
recipiunt et dicuntur pethauri quasi
petentes thauri / vel pethaurus
componitur a peto greco quod est volare et
aura quia cum homo in tali ludo
emittitur videtur per auram volare
Juvenalis An magis oblectat animum
iactata pethauro Item peto componitur
hic et hec venerepeta te i luxuriosus
quasi venerem petens / et hic et hec
heredipeta te qui petit hereditatem
alienam Item peto componitur appeto
tis i desiderare vel requirere vel
acquirere unde hic appetitus tus tui
et appetibilis le liter / competo tis
i simul petere vel convenire vel congruere
unde hoc hoc compitum ti collectio plu-
rium viarum scilicet locus ubi plures
vie se petunt et queniunt sic est

binarium vel ternarium vel quadrivium
vel componitur a con et pitar quod est
via, unde hic et hec compitalis et hoc
-le. Item a peto per convenire compe-
tens nomen, i. conveniens, et comparatur
-tior -tissimus, unde competenter -tius -tissime
adverbium, et hec competentia -e. Et componitur
incompetens i. inconveniens, et similiter
comparatur, unde incompetenter -tius -tissime
adverbium, et hec incompetentia i. inconvenientia.
Impeto -tis invadere, irruere, contra
aggredi, unde hic impes -tis et hic
impetus -tus -tui in eadem significatione, unde
impetuosus -a -um furibundus cum
impetu omnia faciens, et comparatur -sior
-ssimus, unde impetuose -sius -sime adverbium,
et hec impetuositas -tis. Item ab
impeto hec impetigo -ginis i. sicca
scabies prominens cum asperitate
et rotunditate forme, unde impetiginosus
-a -um scabiosus et comparatur, unde hec
impetiginositas -tis i. scabiositas. Oppeto
-tis i. cum petere, et tunc componitur
ab ob et peto, vel oppeto i. ore terram
petere et mordere, et ponitur pro mori,
et tunc componitur ab os oris et peto. Sed
hec superius diligenter distinctum est.
Prepeto -tis pre aliis petere, unde hic
et hec prepes -tis, et prepetes dicuntur
quedam aves. Quedam enim aves dicuntur
oscines que ore et cantu augurium
faciunt, ut cornix, corvus et picus.
Quedam dicuntur alites que volatu
futura ostendere videntur, ut aquila, accipiter;
que si adverse sint inhibe dicuntur
quia inhibeant i. vetent, si prospere
prepetes. Unde Marcianus: per aerios a-
lites quibus formas solitus et vo-
lucrum meatus et oscinum linguas
et prepetis examina pene sinistra in
cassum quod dissimulet. Et dicuntur
prepetes quia prius petunt ad auguria.
Vel prepetes quia omnes aves pre idest
priora petunt volantes. Et secundum hec
quelibet avis potest dici prepes. Item prepes
dicitur velox quia petat anteriora. Sed
proprie illud dicitur prepes quod pre pedibus
habet alarum velocitatem, ut aves, que
prepedibus habent velocitatem alarum, et tunc
componitur a pre et pes pedis. Repeto
-tis iterare vel retro vel iterum petere
vel iterare, unde repetundus -a -um et
secundum antiquos repetundus -a -um, unde
repetunde -arum dicuntur pecunie
repetite. Significandum mos erat Rome
quod si quis deposuisset pecuniam
alteri nec posset rehabere veniebat
ad pretorem. Pretor vero mandabat
debitorem et constituens terminum
quendam precipiebat ut infra terminum
illum pecuniam restitueret et redderet,
et tunc poterat dici repetunde -arum.
Si vero in termino debitor non restitueret,
iterum depositor veniens ad pretorem
pecuniam repetebat, et hii dicebantur
repetunde; tunc vero debitor dampnatus
pretore reus erat repetundarum, unde
Salustius. Item consuetudo erat an-
tiquitus Rome quod legatus reipublice
acciperet per se et per suis victualia de
communi ubicumque esset, sed non ultra
quam deberet. Finito per ea termino illius
cum alius legatus eadem deberet
fungi legatione, scilicet duobus legationibus
peracta anni et licebat civibus infra
quadraginta dies querimonias de
eo facere quod pecuniam ultra quam debebat
accepisset et repetere pecunias superflue
acceptam, et tales pecunia superflue
accepta dicebantur repetunde -arum et tunc
si ille non posset se excusare et expur-
gare reus erat repetundarum et
cogebatur eas reddere. Suppeto -tis sub-
ministrare vel suppeditare. Statius:
pauper enim non est cui rerum suppetit
usus. Repeto et cetera que activa sunt
sed suppeto pro suppeditare et
pro convenire que sunt neutra. Et repeto
hic facimus quod sit ista impersonalia scilicet
competit et suppetit. Item omnia
componuntur habent similiter pe et omnia
habent petitum et supinum ad modum
quarte coniugationis.

Petros grece latine dicitur durum,
unde hec petra -e quod dura
est, unde hec petrella -le di-
et petrinus -a -um et petrosus
-a -um, et hic petrus quia
durus et firmus fuit in fide. Vel
petrus dictus est a petra i. a Christo super
quam fundata est ecclesia. Et petra
componitur cum selinum quod est apium
et dicitur petroselinum quia est simile
apio et nascitur in petris et in
montibus, propter quod nos petro-
silium dicere possumus. Selinum enim grece
apium dicitur, et est genus apii, quod
grece est yposelinon, tertium oleoselinon.
Item a petra hic petro -onis. Petrones
sunt ea que abscidunt de petris
sicut quisquilias dicimus inutilem
materiam que abraditur de lignis quando
dolantur. Et pictonius vel pictones qui
antiquitus dicebantur. Hec pictanium
quedam civitas, unde pictaviensis -se
et hec pictavia -e regio adiacens

et hinc sunt putanienses et si
intermedio putanensis et gentile sit
et per sincopam Picus quedam avis
a pico saturni filio dicta qui eo in
auspiciis utebatur Pierus fuit
nouem puellarum quas nouem
muse deuicerunt et ab illis muse
dicte sunt pierides et pierius a um
i musaticus unde Statius thebaidos
pierius color menti incidit Pige
grece latine dicitur pressum vel depresso
unde piger apud grecos dicitur fames
quia in depressis locis solet esse et hinc
dicitur pagus gi i villa quia iuxta
fontes ville solent edificari unde
pagulus li et paganus a um i
villanus vel rusticus et quicumque
habitat in villa dicitur paganus Item
quicumque est extra ciuitatem dei i ecclesiam
dicitur paganus quasi villanus et non
habitans in ciuitate dei i in ecclesia sed
longe in pago et hinc paganicus
a um et paganitas tis multitudo
vel collectio paganorum vel proprietas
qua pagani dicuntur vel terra eorum
et paganizo as i ritum paganorum
colere more paganorum et habet
paganus comparationem cum mos et di
citur paganissimus i ritus paganorum
et mos et semipaganus a um ut
ex toto urbanus neque ex toto villa
nus vel neque ex toto factus neque
ex toto rusticus unde persius ipse semi
paganus sed ad sacra vatum carmen
affero nostrum Item pagus quasi
ariopagus unde hic ariopagita te
que supra dyonisius Item a
pige quod est depressum vel depresso
dicitur hec piga e i simulitas natium
vel natis quia depressa est unde hic
et hec depigis ge i sine natibus
unde oratius Item piga dicitur bursa
et proprie bursa testiculorum unde idem
oratius Item pige quod est depressum
componitur cum salim quod est locus et hec
salpiga e quidam serpens qui habitat
in depressis locis hec eadem dicitur
et cecula quia parua est et oculos
non habet Item a pige hec pigarcha
quedam avis et hec pigella quoddam
genus vasis scilicet accopta quasi depressa
est
Pigeo es gui dicitur aliquando
sed raro absolute unde piget
impersonale i pudet penitet
grauat offendit et vulgo
dicitur pensare et construitur
cum gto et acto ut piget me tui
unde piger a um tardus lentus quasi
semper eum pigeat et piger quando
pedibus eger et enim tardus ad
incedendum sed hoc nomen transfertur
ad alia et ad animam et comparatur
rior rimus unde pigre rius rime
adverbium et hec pigritia e et hec pigri
tudo dinis et est pigritia vel pigritudo
vigilantie torpor dormitatio et
pigreo es esse vel fieri pigrum
unde pigresco scis inchoatiuum et componitur
repigreo es et hinc repigresco et
repigritus a um i piger factus et
comparatur rior ssimus repigrior i plus
piger unde dicitur Marcialis repigrior
paululum simulacio[?] anomalia
Item a piger pigror aris i pigrere
et componitur repigror aris Similiter
piger componitur perpiger i valde piger
et impiger i non piger Item a
piger pigrus a um i piger vel
secundus[?] piget primam habet breuem
Hoc pignus oris per o i fidus vel
amor vel signum amoris vel indicium
vel confederatio et confirmatio amoris
unde pignoro as confederare confirmare
amorem inter aliquos Vel pignus
eris i vadium scilicet quod pro re aliqua
datur ut pecunia recolligatur unde quando
pignora natorum dicuntur pignora
rerum[?] sed alibi pignus in o natum
sed in e patet esse vadatum et hinc
pignero as in pignere ponere
vel in pignere habere Juuenalis Hinc
et albolos et lenam pignerat
arcus Et componitur compignero as
i simul pignerare depignero as
valde pignerare vel de pignere extra[?]
recolligere[?] et pignero as in eodem sensu
impignero as in pignere dare
vel in pignere accipere oppignero as
cum vel pro aliquid pignerare vel
subarrare vel confirmare unde terencius
in tria comedia Enim ille oppigne
rare filiam meam me inuito
potuit et repignero as idem pignerare
vel depignerare Item a pignero as
pigneratus a um unde pigneratus
a um et pigneratius a um quod
pro pignere ponitur vel accipitur pignoro
et pignero cum omnibus suis est[?] sed actiua
Hec pignica e quedam regio est
unde pignicus a um et ut dicit beda
anglo pignice semimabitalate[?] sunt
qui tres annis perfecte sunt etatis
septimo senescunt et dicuntur pignici
cum crinibus et armati sexu ab

ipsis generibus Pigra quedam medicina
et interpretatur amara quia eius gustus
sit amarus et componitur cum gera
quod est sacrum et gerapigra vel
gerapiraga quasi sacra vel sancta pigra
propter eius utilitatem Pilliones portito
res mortuorum Philistim urbem
condiderunt allophili que et ascalon
nunc dicitur unde philisteus a um philis
tei ipsi sunt et allophili id est alieni
gene quia semper fuerunt inimici israel
ab eorum genere et stirpe sequestrati et a
philistim omnis regio eorum dicta
est palestina unde palestinus a um
Pin grece latine altum dicitur unde
hec pinna e summitas angularis vel sive
pars templorum et murorum unde et
pinna dicitur quod supereminet in dorso
piscis quod dicitur notena et a pinna
hec pinnula le diminutivum et pinnosus a um
id est altus et superbus vel laniosus et
comparatur -sior -ssimus unde pinnose
-sime -sius adverbium et hec pinnositas
altitudo vel superbia vel laniositas
Item a pinna hec pinnaculum angu
lus domus vel templi fastigium unde
illud et statuit illum super pinnacu
lum templi et sepe pro angulis vel fa
stigio ponitur pinna componitur cum
rapio et fit hic pinnirapus pi id est gladi
ator quia rapiat pinnas id est summita
tes galearum a deuictis quas collo
in signum victorie suspensas ferebant
vel pinnirapus quasi pennirapus sed quia
plumat aues vel qui rapit pennam
de capite alterius qui enim de velocitate
se iactabant pennam in capite suo
ponebant in signum velocitatis deinde
si quis inveniretur velocior rapiebat
pennam de capite eius Iuvenalis
pinnirapi cultos iuvenes iuvenes
que lanistae Item a pin hec pinus
nus vel ni quedam altissima arbor
vel pinus dicitur a pennino quod est
acutum quasi ab acumine foliorum
pinum aliam pitim aliam greca pe
ucem vocant quas nos piceas dicimus
quia desudet picem unde hic pinax
-cis pugillaris effineris tabula
manualis ex pino facta Martialis
relatam ab ebeno pinacem argenteis
tabulis afferebant et pinax dicitur
tabula in qua pictura fiat sicut in
supposito pulvere et pinetus a um
et hec pinetum locus ubi pini
crescunt Item a pino hec pix -cis
quia ex pino fit hec a greco dicitur

cloma quam nos camelem dicere
possumus et inde piceus a um de pice
existens vel ad picem pertinens vel niger
et obscurus Statius picea nox obsera
nimbo et picea est quedam arbor
de cuius succo pix efficitur et pico -as
pice aliquid linere vel obscurare
et nondum quia pix alia nec cognita dicitur
hec pissa e vinum unde rem quosdam dicitur
apud nos pix et componitur cum velas
quod est durum vel siccum et fit hec
pissasfera re id est pix dura et sicca
et cum pigra et fit hec pissaigra e
id est pix liquida
Pingo -gis -xi -ctum depingere
picturam facere vel picturam
coniurare unde pictor et pictorius
-a um et hec pictura -re idest
ymago expressa specie alicuius
rei et pictura quasi fictura sic pingere
quasi fingere est enim ymago ficta
non veritas et hinc picturatus
-a um id est pictura variatus et picturo
-as variare vel coniurare Item a
pingo pictum adverbium pingendo colora
tum et hec picta est tunica sine pi
ctura et hec picto -onis id est pictor et
pictones dicuntur qui videntur vinci
in pictura Item a pingo hec pi
ctacium -cii epistola brevis et modica
unde hec pictaciuncula id est membranula
Pingo componitur compingo simul pingere
depingo valde vel deorsum pingere
vel picturam delere repingo iterum
pingere et correptum activum cum omnibus suis
gibus et facit pictum in sua cultate
ni et supinum in ea abrecta ni et hec
fragum picto -as rota et ab hoc vi da
fragitatula pictito -as rota
Pinso -is -sui -sere pistum vel
pinsum id est panem facere pastam
deducere vel terere unde hic
pistor qui panem facit et
hec pistrix -cis femina que
pinsit et hec pistrix -cis quoddam
monstrum marinum scilicet balena ut di
cunt Sed pistris -stris per S non
facit eundem nature enim unde virgilius
Item a pistor pistrio -stris -strivi
panem facere pastam deducere unde
pistrinus a um et hec pistrio -onis qui
pistrit et hec pistrinum scilicet locus ubi
pistritur id est molendinum vel furnus unde
hec pistrilla le pro eodem Terentius
in adelphis caput unum locum est
pistrilla et ex adverso fabrica vel
pistrinum dicitur quasi pilistrinum a pilo
quia pilo enim ea tundebant ibi
et fundebant grana unde et apud

vetere non molitores dicti sed pistores
quasi pinsores a pinsendis granis
frumenti .i. terendis. molarum enim
usus nondum erat sed granum illud
pilo fundebant. Unde Virgilius
Nunc torre flammis fruges nunc fran-
gite saxo. Et sicut dictum est ut pi-
strinum dicitur pena servilis quia servi
in pistrinum mittebantur ligati et ibi
ad modum iumentorum molam
trahebant. Unde Terentius Et in hoc
vero pistrinum magis proprie dicitur molen-
dinum quam furnus. usus tamen vult
ut pistrinum vel pistrilla dicatur
furnus potius a pinsendo quam a
pilo. Item a pistrio pistrina .e. .i.
mixtura ex diversis sicut electuarium
Item a pinso pinsus .a. .um. idest
pistricus vel pinsus .i. tritus tunsus
a pinsitor .oris de quo supra dicitur
Item a pinso hec pista .e. .i. pasta
et hic pinso .onis. Unde pinsiuncula
di. et hec pinsa .e. .i. manus instru-
mentum pinsendi. Unde quidam
Nostrum pinsit pinsum noster molis mo-
lui. Unde hec pinsula .le. di. Item
a pinso pinsito .as. frequentativum a quo pin-
sito .as. aliud frequentativum. Item a pinso
pindo .dis. .di. sum .i. pilo firmiter tundere
terere. Et a pindo vel pinso hoc
pistillum et est pistillum quod et
vernaculo nomine dicitur pistellus vel pistellum
cum quo piper vel aliud teritur in
mortario. et hec pila .e. instrumentum
cavatum in quo teritur frumentum
vel aliud. Unde hic pilus .li. instrumen-
tum quo tunditur et teritur. et hoc pi-
gmentum quasi piligmentum .i. in
pila tunsum quia in pila pilo agitur
et tunditur. Unde pigmentarius .a. .um.
et hic pigmentarius qui facit vel vendit
pigmenta. et pigmentatus .a. .um. pi-
gmento mixtus vel conditus. Item a
pila hoc pilumen .nis. quasi in pila
tunditur vel pars que proicitur a vite
vel granis in pila tunsis. et pilo .as.
in pila tundere batere terere vel pilare
.i. rapere. et sicut dictum est pilatus quasi
interpretatur os malleatoris quia dum
opera ore suo iustificat et condemnat
more malleatoris utramque partem ferit
Et compositum compilo .as. .i. contundere
vel rapere furari expoliare. Itaque hec
te compilent fugientes. proprie quando
compilare est aliena dicta suis
intermiscere. et sicut quasi compilator

oris qui aliena dicta suis permiscet
sicut solent pigmentarii in pila di-
versa mixta contundere. hinc solere
accusabatur Maro ab emulis suis
cum quosdam versus Homeri transferens
suis permiscuisset. et cum compilator
veterum ab emulis diceretur ille respon-
dit magnarum esse virium clavam Herculi
extorquere de manibus. Unde idem Oracius
Ne me compilasse putes. depilo
.as. .i. rapere furari expoliare. et ex-
pilo .as. in eodem sensu. oppilo .as.
.i. ob pilare contundere vel claudere
obturare. et componitur ab ob et pila et
pilo .as. repilo .as. iterum pilare. suppi-
lo .as. .i. contundere vel frangere pilare
vel compellere. Plautus Ille profecto
suppilabat me quia ancillas meas
suspicabar. Expilo .as. et omnes congrua
activa sunt et producunt hanc syllabam
pi. Item a pila hoc pilentum .ti.
quoddam genus currus quia ferat tamen
Oracius Et Sueda festinant pilenta
februata. Item a pila in predicta significatione
vel a pila ludo hoc pilastrum plau-
strum quasi pilaustrum quia volvitur
et est ducarum rotarum. Unde plaust-
ellum di. et mutatur au in o et dicitur
plostrum et plostellum et plaustral
.le. vel plaustrum a plaudendo idest
a terra sepe repercussa. Unde plaustro .as.
.i. resonare plaustri vel resonare plau-
stro. Item hic et hec pinguis et hoc
pingue .i. crassus et comparatur pinguior
issimus. Unde pinguiter adverbium
et hec pinguedo .dinis et pinguo
.as. pinguem facere. Unde pinguesco
.cis .i. esse vel fieri pinguem. et componitur
impinguesco repinguesco et sicut pin-
guesco impinguesco repinguesco idest
pinguo componitur impinguo .as. repin-
guo .as. et e contra in suis quod est iter
pinguis componitur perpinguis .e. idest
valde pinguis et pinguefacio .cis
.i. pinguem facere et pinguefio .fis
.i. pinguem fieri. vel componitur a pinguis
vel pingue. Pimplee dicuntur muse
a pimpleo fonte vel monte vel a
pipleo voce. Popina grece famosa dicitur
et componitur cum pro quia pro est et hec
propina .e. scilicet domus iuxta balnea pu-
blica ubi post lavacrum a fame et
siti reficiuntur et sic quasi propellens famem
quia hic locus famem pellat vel popina
dicitur grece et in nos corrupte dicitur
propina pro tali loco. Sicut tamen modo
dicitur taberna proxima quedam quia famem

ppellat vn propinula le . di / et propino
as infundere potum administrare
vn hic propinator qui potum administrat
vn cinedus inde propinator nimium
ne vina propinet / et hoc propinatorium
domus uel locus ubi propinatur uel vn
propinatur / et propinito . as frequentatiuum . i. frequenter
propinare P pipio . as . rostinare clamare
accipitrum est uel pullorum colum-
barum vn hic pipio . onis pullus
columbarum et hic pipiunculus
uel hec pipiuncula . i. accipiter

P Ir grece latine dicitur ignis
unde hec pira . e . i . rogus
scilicet congeries lignorum in igne
sed rogus est dum accensus est
accensus est / pira ex quo ardet
bustum postquam arserit et hec piro-
ma atis et hec piramis . dis . quedam
alta structura que fiebat antiquitus
super sepulcrum mortuorum et tali
edificio surgit ut ab altiore incipiat
et in angustum finiatur sicut ignis
Nam apud antiquos potentes aut
sub montibus aut in montibus sepelie-
bantur inde tractum est quod super cadauera
aut piramides fierent aut ingentes colu-
ne collocarentur / Et piramis dicitur quasi fiens
quod in modum ignis ab amplo in acu-
tum consurgit I tem a pir hec pirus ri
quedam arbor que eius fructus ab amplo
incipit et in angustum finit sicut ignis
Unde hoc pirum fructus eius / et hoc
piretum locus ubi piri crescunt / Et hec
pirula le . extremitas nasi a formu-
la eius pomi / et pro compositione hic vendi-
pirus . et hec ra qui uel que vendit pira
Item a pir hic papirus ri quod herba quod
igni et cereis sit apta / et hic pirrus ri
filius Achillis qui igneos et rufos habuit
capillos vn hic pirrichius quidam pes
constans ex duabus breuibus sic dictus a pir-
ro filio Achillis qui ad funus patris ar-
matus eo metro saltauit vn et pir-
richia apud grecos saltatio dicitur Item
a pir hic pirgus gi signum in alea super
quod ponitur ut rotunda instituta scilicet
pro smodechen quod pro pro ipsa alea ut
cum dicitur iste amisit omnia in pirgo
Et dicitur a pir quia id signum acutum est
in summitate admodum ignis / uel pir-
gus dicitur quasi pergus a pergo gis quia per eum
tesseri pergunt / uel pirgus grece dicitur turris
a pir quod est ignis quia ad modum ignis
conscendit Et hic dicitur pirgus quia speciem tur-

ris habeat Item a pir hic pirites quidam
lapis aeris qualitatem simulans sic dictus
quia plurimum ignis insit ei Est autem pi-
rites vulgaris quem viuum lapidem dicunt
uel petram focarem qui ferro uel la-
pide percussus scintillas emittit Et hic
pirethrum uel tron quedam herba quia habeat ra-
dicem mordiosam / Et hoc piper ris et in mas-
culino hic piper et dicitur a pir quia cali-
dum est uel quia ab igne denigratur / Est
enim natura illius alba / sed dum incenditur
ea loca ubi est ut fugiat serpentes custo-
dientes siluas piperis ut possit colli-
gi fit nigrum / Sed piperis diuersi sunt fructus
Nam quod inmaturum est piper longum
vocatur quod incorruptum ab igne piper
album / quod vero cute rugosa et torrida
fuit quod calore ignis traxit colorem
et nomen Piper si leue est vetustum
est si graue nouellum Cauenda est in
hiis mercatorum fraus Solet enim vetu-
stissimo piperi commixto argenti spu-
ma et plumbum aspergere ut ponderosum
fiat / et sunt folia eius ad similitudinem iuni-
peri Vn piperatus a um . pipere conditus
uel confectus / et hec piperata te quedam confectio
ex pipere Et piperinus a um . Et pipe-
rinus a um . et hic piperinus quidam
lapis in balbidis cum punctis nigris Item
a pir et vatis pro compositione dicitur hic pirata
te maritimus latro vispilio quia sepe facit
ignem in naue Vn piraticus a um . et
hec piratica ce latrocinium in mari Vn
in hystoria legitur quod filius pompeii pira-
ticam exercuit Item a pirata dicitur paro
quedam omnibus nauibus piratarum Cicero
dicunt se fructigeros tradunt mandatum fa-
roni Vn hic paronculus li di Vn Cicero
Paronculus ad litus videt celeribus Paro
quasi et hic myoparo omnis quia minor paro
est enim nauicula piratarum ex vimi-
ne et crudo corio contexta Vn
legitur in epistola Bens pyconum inopa-
ribus ne viribus vtatur fugere potius
quam bello piratis Et quot tamen opes quod de
visio / et eius pirropus quem species metallica
ex tribus denariis auri / et sex eris / uel
quidam lapis flammaticus sic dictus quia vi-
sionem et colorem habeat ignis Ouidius
flammas imitante piropo Et eciam

gigno, -is, quia iuniperus quedam arbor est que tantum
plena anno servat ignem. Et iuniperus
quasi gignens pir, id est ignem, quia concretum diu
teneat igneum, adeo ut si pruine eius
cineres fuerint cooperte usque ad annum
perveniunt. Vel dicitur pir quia ab amplo in
acutum finit ut ignis. Et etiam sulphur
quod est terra, et dicitur quasi sulfur, idest quasi soli pir,
id est ignis terre; vel quasi suf sulfur a solum
et vir quod est ignis, quia igne accenditur.
Unde sulfureus, -a, -um, et quasi sulfuretum
locus ubi sulfur abundat. Et etiam acci-
non quod est incus, et dicitur quasi piracmon, omnibus
faber ferramentis firmiter eius fabricatur. Vel
piracmon quasi ignea incus, ab igne et incude, quia
ipsa sit iuxta ignem et incudem. Et etiam ipos,
quod est sub, et creo, et dicitur quasi ipopirgium,
scilicet id instrumentum ferreum quod vertit et
sustinet ligna in igne, sit dictum quasi sub [illegible]
generis ignes. Item a pir quasi pireneus, -a, -um,
et quasi pirinei montes Yspanie altissimi
sic dicti, vel quia igneus est, vel quia igni tamquam
superiori elemento est propinquus. Item a pir hec
pruina, -e, frigus vel gelu matutinum. Et dicitur
quia urit sicut ignis; frigus enim ut ignis urit.
Item pruna sunt carbones vivi, dum
non ardet dicitur pruna a per urendo vel a pir;
si enim extincta fuerit carbo dicitur, quia caret
flamma. Et a pruna pruinalis, -le,
et pruinosus, -a, -um. Et quasi prunus, -ni, quedam
arbor cuius fructus rubet ut ignis, unde et
prunum fructus eius, et hoc prunetum, lo-
cus ubi pruni crescunt. Et pruneus, -a, -um,
scilicet prunus est alia arbor, sed illi ut dicunt,
et est non grecum.

Pisticus grece, latine dicitur fidelis, unde pisticus,
-a, -um, id est fidelis, unde nardi pistici,
id est fidelis puri non adulterati
commixtione aliarum rerum. Et quasi
pistacia est quedam arbor, quia cortex pomi eius
nardi pistici odorem redolet. Et a pisticus
hic pistorius, [illegible] civitas, quia a quibusdam
nomine dicitur pistoria ab abundantia pistorum, et
sic quasi sit ex consuetudine vulgarium sermone
[illegible] dicitur pistoria, vel potius corrupta
et ita sit pars grece in principio et quasi postea apte
plebs in tractatu de nominatis. Sed vide
ibi invenitur pistes [illegible] nos
[illegible] ubi esse corrupta et inde emen-
dandum, vel potius a fidelitate qua solebat

habere, unde quasi etiam pistoriensis, -se. Communiter tamen
dicunt quia pistoria sit dicta ab abundantia
pistorum. Pisis grece, latine aurum dicitur,
unde quasi pisa est quoddam genus leguminis quia
ea pensabatur ad aurum minutum. Et patet
illi qui dicunt quod pisa sit pluralis neutri
generis. Et etiam pisa dicitur. Petrus [illegible] re
qui dixit quod pisa sunt bona [illegible]
quoque pinguia sunt cum lardo. Et a
pisis vel pisa dicta est pisa, scilicet quedam
civitas Tuscie ab abundantia auri, vel
eius leguminis. Unde pisanus, -a, -um. Et quasi
pise, -arum, que civitas Tuscie quia illi
qui hanc civitatem edificaverunt ab Elide
pisa civitate Grecie venerunt. Vel
pise quasi pesa, a pensando, id est deliberando,
cum enim polleat propria compensatione, id est
deliberatione, et consilio agit. Vel pi-
se a pisis quod est aurum, dicta, quia inde
sic enim aurum prefulget pre aliis metallis,
sic ista inter alias consimiles civitates. Et de hac
civitate extitit oriundus qui hoc opus
multis laboribus et anxietatibus quasi
cum delectatione colligens composuit. Et
a pise pisanus, -a, -um. Hec pisina
-e, genus ludi qui mobili arte vol-
vitur et giratur. Item hec pituita, -te, flu-
mentatio sive infirmitas idest quasi ex a-
bundantia flegmatis accidit, et fuit ea
pituita gallinarum distorquens. Unde
et pectus per vana gloria quasi meritum constrictum
distorquet enim quasi ad fauces [illegible]
et ad oculos facit [illegible]. Persius:
mus tristi enim pituita molesta est. Pi-
tuita est urine fervor vel pituitosus, sic
furfures que sunt in urina. Pius, -a,
-um, religiosus, misericors, benignus,
propicius et comparatur per simplicem pius,
magis pius, piissimus, piissime. Unde pie, magis pie,
piissime adverbia. Et hec pietas, -tis, scilicet virtus
per quam fieri benivoli et conuncti sa-
guine efficimur et diligentia attribuitur
cultus, vel qua sanguine cuncti benivo-
li efficimur. Et pietosus, -a, -um, pius
et compassivus. Et pie ac purgare, mundare.
Unde est piaculum culpa peccatum scelus
quia piandum sit. Unde Eva intulit pia-
culum, id est mortem, culpa peccatum, vel pia-
culum quod purget sua scelera, ablucio peccati
et culpe piacio remedium, ut nullus
contulit piaculum, id est vitio remedium

pruina

culpe. Unde et hoc piaculum, li, id est quod pi-
at vel quod est dignum expiacione. Unde et
piaculum dicitur hostia que offertur pro peccato.
Pio as, expio as, purgare. Unde
expiatorium dicitur locus ubi anime ex-
pientur. Impius, pius componitur cum in, et dicitur impius qui
sine pietate est, et peior est infidele,
scilicet iniquo, quia non est equus sed magis
et penis opere maculatus, et comparatur
impius iniquus et non comparatur. Et componitur
unde hec impietas, tis, ab impio as,
impie agere vel impie facere. Prudentius
in libro ymnorum: Contaminatur
vitiis impiatur. Pixis grece dicitur
buxus latine et inde nos corrupte dicimus
hic buxus, xi, quedam arbor. Unde hec buxe-
tum, locus ubi buxi crescunt. Unde hoc
buxum, lignum illius arboris. Utrumque tamen
indicitur ... per arborem quam pro ligno.
Et buxeus, a, um. Item a pixos hec pi-
xis, dis, bustula, scilicet vas ubi medici re-
ponunt suas confectiones et mulieres si-
milius suas lanaturas Ovidius de reme-
diis: Pixidas invenies et rerum
mille colores. Et sic corrupte dicimus
buxida sive ... quod formatur eadem co-
rrupcione a buxus dicitur hec buxis, dis, pro pi-
xis, id est capitulum.

Poio, is, ivi, itum, id est fingo
grece. Unde hic poeta, te,
id est fictor, et proprie carminis alta
verba loquens. Unde hec poetissa,
se, id est uxor poete vel que
fingit. Sed dicitur hec poetrida de ... Unde
Persius: Corvos poetas et picas poe-
tridas credas. Et inde poetrix, a, um,
id est poeticus, a, um. Et hec poeta est ars
poetica. Unde poeticus, a, um. Item a

poeta poetor, aris, carmina vel po-
emata facere vel componere. Item a poio
hec poetes, tis, id est forma vel figura que
poesis dicitur, et poesis ipsa ars poeta-
di vel fingendi, vel poesis est mate-
ria carminis in qua poeta versatur,
vel poesis est opus multorum librorum. Hoc
poema, tis, quod sunt dictiones a poio
est proprie unius operis liber, gratia per ex-
cept... quod accipiatur. Et hinc poema-
ticus, a, um. Et per compositionem poema-
neus, a, um, id est in poema ...
Iterum a poeta vel poetrida ... pi-
scatrice ... poetida ... in distinctione

vox que formatur ut homo. Et sic loquens
in sermone neminem applicare perso-
nam ... humane imitatur. Et que
ait ... loquens certa dominum
te dicere salutem si me non videas
et negabis amen. Et quod propterea a-
...ama ... que in Iudie littoribus gignitur
colore viridi torque tamen puniceum
... collum circumdatur ... et ceteri
... Unde et ... ver-
sum ... sic ... non videns hoc
loqui putes, sed ... salutat et di-
cere quod est ave, sed cetera verba de-
instrucione. Unde quidam ... prosopo-
pei dicatur ... a vobis ...
nomina disco. Hec per me dedici di-
cere: Cesar ave. Item ... prosopopeia
quod est persona, et hec prosopope-
ia, e, id est persone confictio vel conformacio,
ut cum res non loquens inducitur
loquens, et cum onoma quod est nomen,
et hec onomatopeia, e, id est conformacio
et confictio nominis, ut in nomine fa-
ctivo. Et cum rema quod est verbum, et hec re-
matopeia, e, id est verbi conformacio, ut
in verbis factivis que sunt plura et
inventa per rematopeiam, ut tinnit.
Onomatopeia tamen quandoque ita large
accipitur quod complectitur utramque conformacionem.
Et hinc onomatopeicus, a, um, et re-
matopeicus, a, um, id est ad onomatopeiam
vel rematopeiam pertinens, vel plura
vel factum per onomatopeiam vel re-
matopeiam, capitulum.

Polio, lis, livi, litum, id est sculpere
vel planare vel ornare. Unde
politor et hinc politura, re. Et
Item a polio hic polus, li, poli
proprie sunt due stelle in capite
... et dicuntur a poliendo quia plane
et rotunde sunt, et ponitur quandoque pro celo
quia politum est et sculptum variis
stellis, et hinc polosus, a, um, id est altus
vel superbus vel ornatus. Et per compositionem
interpolo, as, id est absentare vel inquinare
vel impedire, interrumpere, corrumpere,
variare, non continuare. Unde in hymno:
Quod nulla vox interpolet fides quod ingi
lucrat. Unde interpolus, a, um, interruptus,
variatus, non continuus. Et hec interpola-
tio est quedam vestis que cum sit vetus
ad novam speciem reducitur et sit quasi
nova. Item a polus polimitus, a, um.

textus vel ornatus multis coloribus et rotundis ymaginibus et hec polimita -te quedam vestis sic dicta propter multos colores et ymagines rotundas quia polus a rotunditate dicitur sicut dictum est. Unde polimitarius -a -um i. variatus. Unde in ... tabernaculi preparentur ut illa fiant opere polimitario. et hic polimitarius sculptor in tali opere vel qui operatur tales vestes. Item polis componitur cum andrium et dicitur poliandrum i. tumulus terre vel sepulcrum vel cimiterium et dicitur quasi politum antrum quia ibi sepulcra mortuorum ponuntur. vel poliandrium interpretatur multitudo virorum a polis quod est pluralitas et andros quod est vir. et tamen hic proprie dicitur cimiterium propter multitudinem hominum ibi sepultorum. Item componitur cum labrum et dicitur polubrum i. pelvis. et cum biblos et dicitur et hic et hec bibliopola -le i. ornator vel venditor librorum. Polio componitur depolio -lis i. valde vel deorsum polire. repolio -lis. et omnia activa cum suis genitivis. et corripit hanc sillabam po.

Pole grece latine dicitur vendere. et polis i. civitas. et polis -lis i. pluralitas. sed polis pro civitate secundam corripit et pro pluralitate eam producit. Unde quidam: Polis est sua pessima polis et almus Urbs est dicta polis dicimus pluri(m)a polis. Pole pro vendere pro ... ponatur. Et a polis quod est civitas politicus -a -um i. civilis. unde hec politica -ce scientia que tractat de gubernatione civitatum. et hic politicus liber ubi describitur vita urbana. et politici dicuntur qui valent in politica vel qui gubernant civitatem. Item a polis pro civitate hic populus -li. est enim populus humane multitudinis cetus iuris consensu et concordi communione sociatus. vel populus est collectio tam nobilium quam ignobilium eiusdem civitatis. sed plebs est collectio tantum ignobilium. et dicitur a pluralitate quia plures sunt ignobiles quam nobiles. vel a pleo quia plebs replet. vulgus est passim inhabitans multitudo a volendo quia quisque facit quod vult. tribus dicuntur tamquam curie et congregationes distincte populorum sic dicte quia in principio Romanum tripharie fuit a Romulo dispartitum in senatores milites et plebem

que tribus multiplicate pristinum retinent nomen. Et a populus hic popellus -li diminutivum. Unde dicitur blandus tandem iactare popello. et populosus -a -um i. populo plenus et comparatur. unde hec populositas -tis i. populorum habundancia. et hec populona -ne i. Iuno quia credebatur tutari populum. et hec populonia -e quedam civitas sic dicta ab habundancia populorum sic dicta vel quia populona i. Iuno ibi colebatur. et hic et hec popularis et hoc -re ad populum pertinens vel familiaris. et tunc habet comparativum -rior -rissimus. unde populariter -rius -rissime adverbia. et hec popularitas -tis. Item a populus populatus -a -um cum populo habitatus plenus et comparatur. unde hec populacio -onis populi habundancia vel spectatus qua aliquid dicitur populatum. Item a populus populor -aris populo replere vel destruere vel dissipare et componitur depopulor -aris i. valde populari. et est deponens cum aliis suis compositis. polis quod est civitas componitur cum pus quod est putredo et dicitur hic polipus -pi i. fetor et macies qui solet esse in naribus sed ponitur pro quolibet fetore sicut in Oracio pro fetore nasi velut Balbinum polipus agne. et de poetica licencia producit primam. et cum Constantinus et dicitur Constantinopolis i. civitas Constantini. unde Constantinopolitanus -a -um. Item componitur tripolis tetrapolis pentapolis exapolis neapolis decapolis endecapolis i. regio in se continens vel civitas sub se habens alias tres vel quatuor vel quinque vel sex vel novem vel decem vel undecim civitates. et hinc specialiter quedam regio in confinio Arabie et Palestine sita dicta est pentapolis a quinque civitatibus impiorum que celesti igne consumpte sunt i. Sodoma Gomorra Adama Seboim et Bale quod est et Segor. est et alia pentapolis in Libia similiter dicta a quinque civitatibus. et eadem ratione quedam regio dicta est tripolis a tribus civitatibus. et a predictis descendunt adiectiva scilicet tripolitanus -a -um. et hic tripolitanus -ni dominus vel episcopus illius civitatis vel provincie. et similiter distinguntur ea que descendunt ab aliis. Item polis componitur metropolis sed superius distinctum est. componitur etiam cum multis aliis partibus de quibus in diversis locis istius operis tractatur

Item a polis quod est pluralitas hec
polia -e, id est armentum vel grex et
proprie pluralitas vel collectio equorum
vel aliorum iumentorum vel generaliter
bestiarum dicitur polia a polis quod est
pluralitas. Unde hec populus -li
pro quadam arbore vel trunco quia ex
eius radice multitudo pullulat et nascitur
et producit prima. Unde Ovidius
populus vivite precor que consita
margine ripe. Hec in corrupto correcta
hec. Et inde populeus -a -um et popu-
losus -a -um et populinus -a -um in
eodem sensu et hoc populetum -ti locus
ubi populi consistunt. Item a polis

plus; hec plus -ris in nomine tamen et neutri
generis in aliis casibus tamen similibus quam
pluralibus et caret genitivo in vna terminatione
vel in pluralibus sicut superius dictum
est tamen de eius declinatione distinguimus
et dicitur hic et hec pluralis et hoc -le
unde pluraliter adverbium et hec pluralitas -tis.
Item a plus hic et hec pluris et hoc
-re et componitur complures -re compluris
-re et perpluris -re omnia pro valde
pluris. Item a plus plusculus -a -um
parum plus vel plus et componitur
cum plusculus -a -um. Kalendas i. cedula
primum dies compluscularis quare cedula
dimo. Item a plus plurimus -a -um
et componitur complurimus perplurimus
-a -um. Plus componitur complus compluris
perplus. Item a polis hec plebs
-bis quasi polebs quia plures sunt plebei
quam nobiles. Est enim plebs collectio hominum
ignobilium sed antiqui dicebant hec
plebes -ei. Unde Lucanus Nescit plebes
ieiuna timere. Et inde hec plebecula
-le sed a plebs hec plebicula -le et
plebeius -a -um de plebe existens
vel ad plebem pertinens. Unde Persius
plebeia radice beta. Item a plebs
hec plebis vel plebes -bis ecclesia
baptismalis et proprie in villis inter
plebem. Unde etiam sic vel dicitur a polis
quod a pluralitate populi. Unde plebanus
-a -um ad plebem pertinens et hic
plebanus -ni dominus plebis et hic
plebanatus -tus -tui eius dignitas
vel districtus. Plebs componitur hoc
plebiscitum -ti quod cum consensu
plebis statuitur et sancitur. Unde
etiam plebiscitum i. scitum et statutum

populi vel quia sciatur a populo. Item componitur
hic et hec plebicola -e qui colit et
amat plebem. Item a plebs plebeo
-bes -bui plebem imitari vel alloqui.
Unde plebesco -scis inchoativum. Et componitur ple-
biscito -as plebem imitari vel alloqui
vel vocare et commovere. Et videtur componi
esse a plebe et scito -as. Item a polis
quod est pluralitas hec plebeias
-adis quoddam signum celeste quia
plures stelle sunt in illo scilicet septem
sed non apparent nisi sex. Sed hec superius
apte distinctum est. Polis componitur
cum pes pedis et hic polipus -pi vel-
tos habens pedes. Unde Ovidius vescitur sub
equoribus deprensum polipus hostem.
Unde polipodion dicta est quedam herba
cuius radix est hirsuta et crinita ut est
polipus. Et componitur cum scia et polisilbis.
pluribus sillabis. Et componitur cum amo vel amans
et hic polidamas -e vel -mantis i.
plures amans quo nomine appellatus
est Nero. Unde et dictus est multinubia
et multinuba. Dicitur enim fuisse vir omnium
mulierum et mulier omnium virorum. Inter-
ne cognosceretur lupanar intrabat ut ibi
se prostitueret. Unde Persius Non mihi
polidamas et troiades labeonem pretu-
lerunt. Et componitur cum senex quod est senius et
polisenus -a -um vel a xenos quod idem
est et polixenus -a -um i. plurium
sensuum vel secundum Huguccionem
polixenus -a -um in eodem sensu sed
la corrupta est. Et componitur cum loquor et dicitur
poliloquus -a -um multiloquus verbosus
vaniloquus. Et componitur cum historia et dicitur hec
polistoria -e i. pluralitas historiarum.
Unde et quidam liber quem Solinus
composuit ex multis compilacionibus poli-
storus dictus est quasi pluralitas histori-
arum. Et componitur cum tectus quod est continens
et hinc dictus est quidam polidectes vel
polidectus i. plura continens. Et componitur cum
mneon quod est memoria et inde una mu-
sarum dicta est polimnia i. plura re-
tinens. Item a polis polios quedam
herba que a latinis dicitur omnimorbia
quia multis morbis subveniat. Et hec
polionos quedam alia herba quam
latini herbam sanguinariam vocant
quia missa in nares sanguinem mo-
veat. Polis etiam adhuc componitur cum multis
aliis partibus quas in parte superius distinximus

et distinguimus Polemos et pole-
micum .i. bellum siue pugna
Polleo. les. lui. i. resplendere
florere valere excellere Unde hic
pollex. cis. i. grossior digitus
quia inter ceteros pollet uirtute
et potestate et componitur cum paros
et hic parapollex. cis. i. trabuncellum
quia parat pollici Item a polleo
hic pollis. inis uel pollen. linis te-
nuis flos farine uel illa minuta
farina que volat in molendino a
mola Unde Tobias in adolescentia pollis
inis ac simila plena sit saco unde
pollineus. a. um de polline factus
uel ad pollinem pertinens et hec polli-
nca e genus leguminis uel farina
subtilis de fabis uel de tritico uel de
ordeo et quidam album unde factus
dicitur polenta Polleo componitur compolleo
les. i. equiualere unde compollens et
comparatur cior. ssimus Unde compollenter
ius. ssime aduerbium Unde hec compollentia
i. equiualentia similitudo rerum con-
similitudo Prepolleo. les. ualde pollere
uel prefulgere prestare excellere prepollere
et est neutrum cum datiuo suis quibus et
caret supino et facit preteritum in lui
Hec pompa e laus magnificentia
gloria processio que solet esse victoribus
in triumphis uel obsequiis funeris
et pompe dicuntur Ysidorus ymagines
et a greco pompeyn .i. publice oste-
tari unde pompa quia publice ostensa
et victoria precedit pompam quia
uiuris ad certamen primum et victo-
rum Unde hec pompula. le. et pom-
posus. a. um superbus alius magnificus
et comparatur sior. ssimus unde pompose
sius. ssime aduerbium et hec pompositas
tis. Item a pompa pompaticus. a. um
i. pomposus et pompo. as superbire
gloriari Unde Jeronimus in prologo ingentem
inuidiam apertam malignitate propalabit
et in pompator qui aliquid superbe
et presumptuose agit et componitur depompo
as .i. vituperare detestari idem et
expompo. as pompa componitur pompu-
lentus. a. um pompa plenus propositus
et comparatur Pontos inter nigre nubes
Pono. is. sui. itum statuere locare
plantare Unde positor. oris
et positio et positiuus. a. um
et pone .i. retro uel iuxta
post tergum aduerbium loci
Statius Achilleis pone uidit natantem
Solent quoque pedum uestigia cauda Unde
Virgilius pone subit coniux ferimur
p opposita latronum Item a pono hic
pons. tis quia ad transeundum ponatur
quod aut dicitur pons quod pedes omnium
sustinens est et inde hic pon-
ticulus. li. di et ponto. as pontare .i.
pontem facere uel pontem parare colligare
et hic pontus. ti. i. mare per contrarium quia
non possit pontari uel pontus quod puteus
a puteo quia pontus dicitur mare breue
quod ad modum putei Unde hic ponticus
ci et hic ponticus. ti quedam insula
quia sit in ponto Unde ponticus. a. um
et hec pontica ce per quadam gemma
Item a pons hic ponticulus. li id
est aliquid inuenitur et per compositionem
pontifico. as .i. pontem uel pontium
facere Unde hic et hec pontifex. cis idest
episcopus uel sacerdos quod pontem .i. iter
aliis facit et hic pontificatus. tus. tui
eius dignitas uel officium et hoc
pontificium idem et hic et hec pontificalis
et hoc le et pontificor. aris pontificatum
regere uel habere uel mare pontificatus se
habere Item pons componitur hic et pontinus
in quod ad tam grauem deuenit uitam
ut magis proprie ei de ponte se proicere
quam viuere quod est in aliquibus ficticiis
promovibus Pono componitur appono. nis
i. adiungere addere Unde appositus. a. um
et per sincopam apostus. a. um. i. positus
et coniunctus Unde aposte aduerbium Compono
nis simul ponere uel sepelire uel constituere
uel ornare Unde Ouidius Nec te componas
dum sis uenturus ad illum Unde et
uox composita .i. ornata .i. coniuncta et
ponitur distincta Circumpono nis depo-
no. nis deorsum a sede uel dignitate
ponere Dispono. nis ordinare dispensare
et construitur cum dato et accusatiuo .i. casibus sic
ut dispone domui tue quia morieris
et non uiues Expono. nis extra ponere
explicare exoluere Interpono. nis. inter
uel aliqua ponere Impono. nis. inter
.i. iniungere uel imponere uel imputare
uel ponere intus et tunc facit perfectum in
sui et supinum in situm Item imponere
.i. decipere et tunc construitur cum dato ut
impono tibi .i. decipio te Juuenalis
facile est barbato imponere regi et tunc
facit supinum in stum ut dicit hic ymaginis
sic imposui impositum impostum Unde
impostor. oris .i. deceptor qui male agit
et hic impostorius. a. um .i. deceptorius
et impostus. a. um in eodem sensu
sic deceptorius malus et prius etiam
et lecebundus Mene omitte imposta
manet et hec impostura .i. deceptio

Item ab impono tum aliam significationem hoc
impomentum illud quod in cena post-
mus ponitur sicut sunt nuces et poma
Prepono -nis unde prepositor et preposita -te
ipse in ecclesia sed pretor in urbe unde
hec prepositura -re eius dignitas. Propono
-nis ante ponere uel enarrare. Oppono
-nis contra ponere obicere. Repono -nis. Suppo-
no -nis. Sepono -nis seorsum ponere. Superpo-
pono et eius gerundia omnia sunt activa
preter impono pro decipere quod est neutrum
et omnia faciunt preteritum in sui et supinum
in situm per concisionem corrupta. Antiqui tamen
dicebant imposivi in preterito et inde
impositum per predicta. Impono tamen
pro decipere facit impostum. Preter eciam quidam
preteritum sincopatum in supino ut
impostum repostum. Item omnia in preterito
producunt hanc silabam scilicet po sed in preterito
eam corripiunt. Pontius interpretatur
declinans consilium utique videtur
accepta enim aqua lavit manus suas
dicens innocens ego sum a sanguine
iusti huius. Hec popa -e id est pinguedo
sed ponitur quandoque pro pingui persona
Persius illi tremat fomento popa venter
Unde hec popina -e id est coquina quia ibi
tractantur pinguia. Iuvenalis Et cum
pervigiles inter instaurare popinas
Unde popinarius -a -um ad popinam
pertinens et hic popinarius -rii id est coquus
et hec popinaria id est coqua et hic et hec
popino -onis id est coquus uel leccator qui
popinam frequentat. Horacius [illegible]
alius [illegible] si quis vas adde popino
Item a popa hoc popeanum quoddam
unguentum uel medicamentum ad
conservandum cutis candorem et est
crassum. Iuvenalis Pane tumet
facies aut pinguia popeana spirat
Et hec popisma -atis illud idem uel
extrema cutis pars dum penis exit
uel semen quod emittitur in coitu et ponitur
pro coitu ipso. Iuvenalis Prebebit
nati [illegible] popisma roganti. Item
a popa papo -as id est comedere quod ad
pueros tamen pertinet et ponitur quandoque pro
nomine persone et similis rogo pueri
papare minutum. Unde hec papilla -e
caput mamille quia pueri eam
tenent papant cum lactent mamilla est
omnis eminencia uberis sed papilla id
tenere. Unde lat est et in pro compositione
[illegible] papillo -as [illegible] et [illegible] et [illegible]
papillas. Item a papo hic papas
-antis id est [illegible] cibumque
papando nutrit uel papas dicitur
pedagogus tum infantis disciplina
committitur. Iuvenalis Tunicis pinguia facit
[illegible] papas. Sed hec papas -atis dicitur
cetera quoddam genus lini candidi et
nobilissimum. Item a papo hoc papaver
-ris quia semen eius papatur uel a
popa quia crassum habet liquorem
et est herba somnifera ex qua profluit
succus quem opion appellant. Unde
papaverineus -a -um. Item a papo
hec papula -le id est tuberculum unde et
papule minutissima ulcera que cum
nascuntur in cute et dolorem afferunt
et scabiem et ardorem. Virgilius Et
dicuntur a papo quia corradunt carnem.
Unde papulosus -a -um papulis plenus
et comparatur. Unde hec papulositas plenitudo
et habundancia papularum et papu-
lentus -a -um in eodem sensu et comparatur.
Unde papulencia -e. Hic poples -itis
id est genu uel pocius curvatura post genu

Porta dictus ab [illegible] Unde hec porta
-te quia exportatur uel importatur
aliquid et est proprie urbium
et castrorum. Vel porta dicitur
a portando aratro et sicut hec
porta proprie tamen est urbium et est castrum a
consuetudine antiquorum sicut superius di-
stinctum est. Unde portula et portella
di- et hic portitor -ris id est ianitor et hic
portensis pro eodem et hic porticus -cus
-tui domus illa que post foribus
est sic quia sit ibi transitus et non re-
sidendum sit. Est porta uel porticus
est appertura quia sit aperta. Item a
porto hic portus -tus -tui statio navium
tuta et continua et sic a portandis
commerciis quem locum a baiulandis
mercibus baias vocant antiqui et est
proprie portus locus ab accessu ventorum
remotus ubi naves hiemabant
Unde portuosus -a -um portubus plenus
et habundans et comparatur. Unde portuose
-sime [illegible] aduerbium et hec portuositas -tis
et pro compositione importuosus -a -um et sic
comparatur. Unde hec importuositas -tis. Item
a portus hic portunus in quidam deus
marinus qui portubus preest scilicet
Palemon filius [illegible] et [illegible]
et ad neptunus scilicet hoc nomine dicitur
Virgilius [illegible]
portuno. Et portunus -a -um id est quietus
quia portum habet et comparatur. Unde portunitas
-tis et pro compositione importunus -a -um id est
protervus infestus inquietus quia non
habeat portum id est quietem. Unde importunitas
[illegible] naufragium [illegible] ferunt et comparatur.
Unde hec importunitas infestatio inquietatio

Et importunitas -tis -i inquietudo importunitas.
Item portus componitur hic angiportus -tus -tui et hoc angiportum -ti -i angusta et stricta via vel angustus et strictus locus. Et nota quod portus facit dativum et ablativum plurales in -ubus contra cum nota quod quedam faciunt illos casus in ubus causa differentie scilicet actubus arcubus portubus. Et alia quatuor sunt faciunt in ubus secundum ullam differentiam exigente scilicet portubus tribubus lacubus et specubus quod non videtur requiri. Item a porto -as hic portitor -ris portator et portito -as frequentativum. Et hic porticulus -li baculus parvus ad portandum habilis et hic portisculus vel porticulus -li malleolus in navi cum quo gubernator dat signum remigantibus in una vel contraria parte positionis secundum Plautum id est implicat ad loquendum et tacendum unde hoc portisculum. Et portemia -e navis Siriaca genus lata et sine carina a portando dicta et utuntur hac in Pannonia. Porto componitur cum ad et dicitur apporto -as id est portare ad. Et cum ab et mutata b in s dicitur asporto -as id est portare ab id est longe vel alior- sum absentare removere. Et inde hec sporta -e quoddam genus vasis vel vas vimineum unde Paulus Et in sporta demissus sum per murum. Unde hec sportula et sportella diminutiva. Vel dicitur sporta a sporto scilicet unde in quibusdam locis sporta dicitur. Et hic sportarius qui facit sportas et sportarius -a -um ad sportam pertinens. Item comporto -as comportare -as simul portare vel sufferre. Deporto -as deorsum vel de uno loco ad alium portare. Disporto -as diversis modis vel in diversas partes portare et ponuntur ista duo sepe pro vituperare. Exporto -as extra portare. Importo -as intro vel ultra vel contra portare. Reporto -as id est iterum vel retro portare. Supporto -as subtus portare vel pro- -ne latere vel sustentare vel auxiliari. Transporto -as ultra portare. Porto activum est cum omnibus suis compositis. Hic porus -ri minimum rete et subtile foramen in corpore per quod sudor emanat. Unde hec porisma -atis id est apertio unde et illuminatio sensus dicitur porisma et dicitur quas geometre supponunt ad aliquid ostendendum dicuntur porismata quod aperiunt et illuminant mentem lectoris. Unde Boetius porisma dicitur questio vel lucrum. Et inde porosus -a -um poris plenus et comparatur unde porose -ius -issime adverbium et hec porositas -tis. Porus componitur cum a et dicitur hec aporia -e id est apporiatio vel labor angor anxietas stimulus ictus volumen cura tedium molestia. Et inde apporio -as id est apparere estu- -are vel depauperare et tunc est activum. Item apporiare id est laborare vel laborando desudare et anxiari et tunc est neutrum. Invenitur etiam deponens quoniam in eodem [illegible] unde Paulus apporiemur sed non destituimur ubi non potest esse passivum vel deponens. Secundum Isidorum dicitur quod apporios grece latine dicitur pauper unde apporiare pauperem facere et apporians -a -um id est divinus pauperum eo quod esse divinos et regum hec colorem. Item a porus hec porca -ce terra illa que eminet inter duos sulcos sed quia defossum est dicitur lira unde et sulcus. Et sic quia ad porca sit terra elevata et ita apparens et manifesta. Hec et alio nomine dicitur crebro -crum quia aqua crebro per ipsam decurrit. Unde hec porcula -le diminutivum et hic porcator qui porcas facit. Et componitur hic imporcator -ris per eadem. Et porco -as id est porcas facere vel porcas distinguere. Et componitur imporco -as id est in sulcis vel aquam in agros ducere. Porcinna id est formatio terre.

Posco -scis -sci poposci -scitum id est petere querere. Unde postulo -as in eodem sensu et hic postulatum -ti id est ragione. Et postulatorius qui frequenter postulat vel postulare. Et componitur depostulo -as expostulo -as reposco -is -as et est activum cum omnibus suis compositis. Item posco componitur deposco -scis et exposco -scis et est plus quam poscere quia poscunt qui sunt petunt exposcunt qui desiderant. Reposco -scis reposco et cetera composita omnia sunt activa et faciunt preteritum in poposci et supinum in po- scitum. Non invenimus tamen supina eorum in frequenti usu. Post adverbium loci licet quandoque ponatur in vi temporis et comparatur posterior postimus secundum posterius de multis. Posterior de duobus dicitur. Unde postremus postreme et hec po- steritas -tis et postremus quoque

acuit̄ in ve ponitur et cōpat̄ · prior · ꝑssimus
unde posteme · minus · ꝑssime adū · et a
posterior dicunt̄ posteriora scilicet pudenda
quia retro sunt et a vultu aduersa
auersa ne dum ita purgamus ingui-
narum aspectu Item a post hec pu-
pis posterior pars nauis que prepposita
et pō sepe pro ipsa naui Item a post
posterus · a · um · i · sequens unde hec
posteritas progenies vel progenies filiorum
in nepotes vel nepotum in pronepotes
nam posteritas a nepote incipit
quasi postera etas Et componitur preposterus
· a · um · i · subuersus non recto non
recto ordine dispositus unde qui debet esse prior
factus est prior unde prepostero · as
· i · ordinem peruertere vel subuertere quod
debet esse posterius facere primo Item a
post hic postis · tis latens ingressus
a parte posteriori et inde hec postica · ce ianua
scilicet posterior et hoc posticum · ci eodem
Oratius Atria seruantem postico
falle clientem et hoc posticum pro
eodem unde in Daniele Erumpunt
famuli per posticum Item a postis
hic posticulus et hic postellus et
hec posticula · le diminutiua di. Item a
post posticus · a · um · i · vlterior vel a
posteriori factus persius Occipiti ceco
postice occurrite sanne Et postica adverbium
temporis vel ordinis Et componitur postea quam
i · postquam et postea loci · i · post illum
locum vel post illud tempus. Item post
componitur postquam et tunc quod longum
Et hec postela corrigia que sub cauda
equi tenditur sicut antela dicitur que
ante tenditur vel dicitur postela quasi
post sellam et antela quasi ante sellam
et inde hic pectoralis dicitur pro quolibet ornamento
equi ante vel retro vel mantica que
ante portatur vel retro Item post componitur
posthac · i · hoc postridie · i · post tres
dies postpridie · i · hoc Componuntur
etiam multe alie dictiones de quibus
inclinus per se tractatur

Pes pedis dicitur grece et inde nec
dicimus pes · pedis cum quo
ambulamus unde quedam similitudine
pedes dicti sunt in versibus et
in metris quia per ipsos metra
ambulent sicut etiam nos pedibus
